B. h. II, 138.
h. 36, 4.

D. O. M. A.

42.
X 1877945

De

# COMMISSARIO IMPERIALI IN CAUSIS JUSTITIÆ,

II k 3442

DISPUTATIO INAUGURALIS

*Quam*

Decreto

ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS

in inclytâ Salanâ,

PRÆSIDE

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

Hereditario in Obern-Tröbra/

JCto celeberrimo, Comite Palatino Cæſareo,

S.R.I. Exemto, Conſiliario Saxonico, Curiæ Provincialis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Aſſeſſore Graviſſimo,

*Patrono ac Fautore ſuo ætatem colendo,*

PRO LICENTIA

Summos in Utroque jure Honores & Privilegia DOCTORALIA legitimè conſequendi,

*Publico & Solenni Eruditorum Examini ſubmittit*

JOH. CHRISTOPHORUS Würckhl/ Ratisb.

*d. II. Maj. A. D. M. DC. LXXXV.*

in Auditorio JCTORUM.

horis ante & pomeridianis

JENÆ, LITTERIS NISIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0001-2

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0002-7

INCLYTÆ LIBERÆQVE
*S. R. I.*
REIPUBL. RATISBONENSIS
DNN.
CAMERARIO,
CONSULARIBUS,
&
SENATORIBUS,
Univerſis ac Singulis,
PATRIBUS PATRIÆ CONSCRIPTIS,
DOMINIS, PATRONIS, AC
PROMOTORIBUS SUIS,
Omni Obſequio & Cultu ætatem proſequendis,
SALUTEM ET FELICITATEM
PERPETUAM!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0003-3

VIRI

MAGNIFICI, PERSTRENUI,

NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI,

AMPLISSIMI AC PRUDENTISSIMI,

# Domini, Patroni ac Promotores mei, omni obſequio & cultu ætatem proſequendi &c.

*SI quod meum, & in colendâ Jurisprudentiâ pariter, auque adminiſtrandâ Justitia, dignum poſſet eniteſcere ſtudium, ejus ego nemini mortalium vel rationes justius, vel ſpecimen lubentius, quàm* VOBIS *exhibuerim,*

DOMI-

DOMINI, *atque dedicaverim. Neque e-nim tantum pulchri atque honeſti, vel pie-tatis in Patriam, naturali debito, ſed & Prætoris dignatione officioque, (quod tenui-tati meæ confiſi benevole decreviſtis,) & in-gentibus, quæ in me aliàs voluiſtis extare, meritis, his & totus Veſter aſſiduo teneor approbandi obſequii prout vinculo, ſic deſi-derio. Proinde dum & ante ſeptennium meam, ſub Præſidio Magnifici* DN. Lyncke-*ri, JCti omni laude ſuperioris, habitam Di-ſputationem Publicam, de Commiſſario Im-periali ad Negotia Status, Veſtris Nomini-bus auſpicatò inſcripſi, nunc Iisdem hanc meam Inanguralem, de Commiſſario Im-periali in cauſis juſtitiæ, eâ devotione, quâ abhinc quinquennium Vobis ea privatim ſa-cra, Veſtraque tota fuit, publicè conſecro:*

 *Ut*

*Ut & à gratiâ Veſtrâ decus atq; tutelam mutuaretur; quòd nec ex meá auctoritate ei ſatis ſit auſpicii, nec ab emendationis ultimæque, ſed variè diſtractæ, curæ diligentiâ ſatis pretii acceſſerit. Conceptam tamen admiſſionis propitiæ ſpem (præter quòd Veſtro ferè juſſu arbitriove ſummos in Jure ambiam honores, adeoque temerariæ ambitionis vanitate proſtitui nequeam,) non parum auget grave & momentoſum illius argumentum, Officiis & meditationibus Veſtris nec indignum penitus, nec alienum: Equidem dudum Rulandus in conſignandis Commiſſariorum expediendarumque Commisſionem notabilibus diligens & exquiſitus Auctor ſemper fuit habitus, porroque habendus eſt. Sed cum is tantùm de Commiſſariis Cameræ admodum prolixè ſuam intenderit operam, hanc*

*non*

*non tàm in Diſſertationis modum redigere, quàm quà Commiſſarios vi Auſtregarum, cæteroſque ab Aulâ eximiè Imperiales, non nihil ſupplere in Conſilio propoſitoque fuit: Cujus ſi ratio atque ſucceſſus ſaltim quadantenus [Neque enim à me ſæculò digna, quæve cenſuram omnem ſubterfugere queant, exſpectari debent,] approbabitur, ſat magnum laboris fructum mihi aſſecutus videbor; ſin ſecus, ad minimum conatus & obſequii ſtudium veniam merebitur. De cætero id apud* V O S *publicè conteſtor, me hác privatâ Diſſertatione in publicis quibusdam controverſiarum momentis nullius quicquam juri, aut etiam ſententiæ derogare vel præjudicare poſſe, nedum intendere: Imò ſi alicubi erravero, me id nullum ac pro*

*non*

*non ſcripto haberi ipſum velle aliosque, ut id faciant, rogare. Æquo ergò ut Inauguralem hanc omnium judicio lubens ſubmitto, ita eandem,* DOMINI *mei, Veſtro patrocinio, meque totum, ſubmiſsè commendo.*

Veſtrarum Magnificentiar.
atque Nobiliſſimar.
Prudentiar.

*omni obſequio & cultu devinctiſſimus addictiſsimusque.*

Joh. Chriſtophorus Bürckhl.

# AUSPICIIS TER SANCTI NUMINIS.

§. I.

DE nomine Commiſſarii cùm jam in noſtrâ diſſertatione de Commiſſario ad negotia Status ſolliciti fuerimus, actum hîc non agimus. Nam & alioquin ocioſa ea diligentia, quæ, ubi de re conſtat aut agendum, in expoſitione vocabulorum nimis ſcrupuloſè hæret. Unde & ea improbatur Impp. *in l. 2. §. 1. de Conſt. pec. & l. 2. C. comm. de Leg.* Id autem notare neceſſe eſt, quod Commiſſarii nomine hic nobis Delegatus veniat, non quidem veteri ſignificatu, & ſi velis ἀκριβολογεῖν, * ſed vulgari, ſtyloque moderno, quo etiam nonnunquam Deputatus, vel etiam Legatus audit. v. Rutg. Ruland. *p. 1. lib. 1. de Commiſſar. & Commiſſion. Cameræ cap. 2.* Add. Gaſtelius *de Stat. Publ. Europ. P. II. cap. 6. n. 108. p. 425. & 428. n. IX.*



* Sic enim Delegati appellatione Commiſſarius non exhauritur, ſi nimirum hic in univerſum ſpectetur; ne quidem in cauſis Juſtitiæ. Nam proùt per rarò ab Aula imperiali, (nunquam à Camerâ,) ad integram decidendam cauſam, ſed tantum ad unum alterumvè actum Commiſſarii denominantur, ſic etiam quandoque à Principibus & Statibus Imperii in ſuis territoriis perpetui & ordinarii conſtituti reperiuntur, qui eo ipſo, quod tales ſunt, (undè etiam ab illis ad Cameram appellari poteſt, Gylmanus *Tom. 3. Symphor. fol. 36. n. 7. & 48. & fol. 33.* ubi refert præjudicium Clezelius ab Altenach, de *Appellat. cap. IV. n. 25.*) delegatam Jurisdictionem non habent. idem Gylmannus *Tom. 6. ſymph. Quæſt. Controverſ. cap. VIII. n. 17. pag. 254.* Veluti & ex Commiſſariorum vi Auſtregarum Jurisdictio delegata exindè non evincitur, quia perſonæ hic variant: Nam & Pares Curiæ in feudalibus variant, nec temen aliam ferè quàm ordinariam Jurisdictionem habent, quippe à Lege tributa eſt. (2. *f.* 55. §. 2. 2. *f.* 16. Finckelth. *Diſp. 11. controv. 14.* Add. Schraderus *P. 3. Sect. 3. n. 76.* Vultejus *lib. 2. de feudis c. 2. n. 5. & ſequent.*) Non etiam factum requirentis delegatam Jurisdictionem efficit, cum in Paribus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0009-9

§. II. Et nunc quidem de Comiſſario in cauſis Juſtitiæ non in genere aut quocunque, ſed Imperiali, h. e. Imperatoriâ authoritate auſpicioque conſtituto, induſtriam experiri placet, quo ipſo tam à Camera, quàm ab ipſa Aulâ Cæſareâ Deputatus, facilè innuitur. Ut enim illius judicii in Imperio inſtituti gloria Maximiliano I. * Imperatori debetur, ita univer-

Curiæ non minus ſimile occurrat. Utiq; Jurisdictio quæ à lege eſt, ut eſt Auſtregalis, adeoque & Commiſſariorum **Vermög der Austräg/** (vid. C. G. O. *P. 2, tit.* 2 3. & 4.) per ſe ordinaria magis dicitur *l. 6. ff. de Jurisd.* quanquam ea in cæteris, quòd nimirum non immediatè ex Imperii Conſtitutione, ſed interveniente requiſitione, nominatione, electione, imò nonnunquam ulteriori Cæſareâ Commiſſione, ut ad certum, tempus limitata, (vid. C. G. O. *d. P. 2. Tit. 4. §.* **dieſelben neun Räthe**) ſic haud prorogabilis (Rumelinus *P. 2. diſſ. 1. ad. A. B. Cor. 6.*) ſuſcipiatur, faciem aliquam delegatæ Jurisdictionis accipere videatur. Imò ea eſt anomala, & ex ordinariâ quædam, quædam ex delegata participat. vid. omninò Dn. Textor JCtus, Conſiliarius Electoralis Palatinus, & in perantiquâ Heidelb. Univ. Anteceſſor primarius, Patronus ac non ita pridem Præceptor noſter, *ad* R. A. *de an.* 1654. *diſſ.* 3. *th.* 15. *ſeqq.* Alias inter delegatos & Commiſſarios differentias nunc non attingam, cum eæ ex infrà dicendis ſatis patebunt. Similiter quomodo mandatariis, Judicibus pedaneis & aliis accedant, itidemque ab iisdem differant, commodior alibi dicendi locus eſt. Illa Examinatoris, Nuncii, Gallis Italisque uſitata, ταυτοδύναμα conſtitui, neutiquam poſſunt; tàm quod hoc contrà locutiones publicas (cum quibus nobis in his talibus omninò ſentiendum) quàm juris quoque rationes foret. vid. Ruland. *d. l.*

* Qui, ſive perſvaſus ſe negotiorum varietate locisque diſtractum non poſſe ſemper cauſis litigantium vacare, ſive potius appellationum, (vid. Cuſpinianus *in vita Maxim. I.*) ad Judicium Aulicum devolutarum multitudine inductus, hoc laboribus quodammodo ſublevare, ac Cauſarum deciſiones, quibus unum non ſufficeret judicium, maturare voluerit, (Bœclerus *de N. R. J. l. XIII. c. 2.*) cum Statibus Imperii de conſtituendo hoc judicio anno 1495. in Comitiis Wormatienſibus deliberationem ſuſcepit, ac poſteà eod. anno effectui dedit, ut eſſet communi civium Imperii perfugium: eorum, qui aliàs magnis ſumptibus Imperatoris Curiam ſequi tenebantur, ſolatium, atque pacis publicæ fulcrum & ſubſidium O. C. *de anno* 1495 *præfat.* & 1521. *præf.* R. A. 1566. §. **und nach dem der gemeine Fried.** De die inſtituti Judicii non adeò conveniunt; Aliis 7. Auguſti, aliis ultimum Octobr. aſſignantibus. Sed vid. Limnæus *Tom. I. Add. ad. lib. IX. c. 2. n. 4.*

Falli-

verſalis Imperatoriæ Majeſtatis per Imperium Juris dicendi poteſtas in Camera quoque vel maximè ſe exerit, etiam illis concedentibus, qui aliàs Principes Statusque Imperii non tantum in partem curarum aut ſolicitudinis; ſed & conſortium poteſtatis adſcitos eſſe volunt. vid. Jac. Lamp. *p. 3. de Rep. R.G. c. XVI. n. VII.* Undè etiam fortè eſt, quod hoc Judicium Spirenſe in Conſtitut. Imperii ferè non aliter indigitetur, quàm das Käyſerliche Cammer-Gericht. Item in Receſſu noviſſ. de Anno 1654. §. als auch bey den allgemeinen 167. Imperator idem vocet ſein höchſtes Gericht. ** Et quanquam in judicio Imperiali Aulico propius præſentetur Majeſtas Imperatoria, & magis Majeſtatica Jurisdictio, quæ hîc exercetur, quàm quæ in Camerâ, ubi Magiſtratica magis eſt; tamen & hæc Imperatoris *** eſt, & quod maximè ad rem facit, Com-



Fallitur autem Blumius *Tit. 3. Proc. Cam.* §. quando exiſtimat, in Ord. Cam. *de anno* 1495. & 1507. *Rubricâ*, item Ord. Cam. 1500. *art.* 2. & 3. §. 1. ſupremum hoc tribunal das Königliche Cammer-Gericht ex ea ratione indigitari; quod Maximilianus I. judicium hoc inſtituens nondum creatus fuerit Imperator. Nam hoc credi contra fidem hiſtoricam, teſtimonio Petavii & aliorum, firmat Dn. Deckherrus, Cameræ Advocatus in Comm. *de Cult. Jur. Cam. c. 4. p.* 31. Add. Dn. Strauch. *in Diſſ. Ex.* 1. §. 1. & 3. junctâ præfat. des Königl. Land-Frieds zu Wormbs *anno* 1495. ibi: als wir hiebevor zu der Höh und Laſt des Heil. R. Reichs erwehlt/und nun zu Regierung deſſelben kommen ſind. Quid E. dicendum? ſanè in Receſſibus Imperii quosdam Imperatores (inter quos & Maximilianus I.) ſe Reges Romanorum & ſuam Cæſaream Regiam Majeſtatem appellare, ex Bocero de Regalibus refert Arumnæus, *diſſ. Juris publ.* 15. *th.* 1.

** Quare ſummum? Cum tamen judicium Imperiale Aulicum ei ſit æquale, & ſi autori Comitiologiæ Ratisb. *Part. 4. Diſſ 9. n. 96. p.* 283. credimus, dieſes das älteſte/ und von alters her das anſehnlichſte unter allen Gerichten iſt/ ſo ie im Röm. Reich teutſcher Nation geweſen und noch ſeynd? Hoc dubium occaſione der Cammergerichts Ordnung *P. I. Tit. 3. pr.* ubi Camera nuncupatur das Obriſt- und letzte Gericht/ expedire adgreſſus eſt Paurmeiſterus *de Juriſd. P. 2. c. 6. n.* 218. & *ſeq.* quem ſequitur Stamlerus *de Reſerv.* §. 36. *n.* 12. Alii aliter, ceu plures ſententias congeſſit jam laud. Dn. Dekherr. *in Not. illuſtrant. ad Ord. Cam. Tit. 3. pr.*

*** Excluſis utique Statibus Imperii. Subjectum enim & modus jurisdictionis exercendæ ab ipſa Jurisdictione omninò diſtingui debet, Lamp. *P. 3. c. 16. n.* 8. Add. Shüz. *Vol. 2. Diſſ. 2. th. 6. lit. D.* & fuſiùs Stamlerus *de Reſerv. Imp.* §. 34. *n.* 5. *ſeqq.* & §. 35. *per tot.*

miſſiones pariter ac mandata, cæteraque decreta omnia, ſub nomine ſigilloque Imperatorio expediri videmus, juxta C. G. O. *p. 3. tit. 2. §. 5.* De Aulâ itaque Imperiali, vulgò dem Reichs-Hoffrath/**** deſſen obriſtes Haupt und Richter ein ieder Röm. Kayſer ſelbſt iſt/ ut habent verba der verneuerten R. H. O. Ferdinandi III. *tit. 1. in princ.* hodiè poſt Inſtrumentum Pac. *art. V. n. XX. §. 55. & ſeqq.* minus dubii ***** ſu-

per-

*** Qui ita appellatur non ratione cauſæ efficientis, aut quod ab Imperio
* (quando hoc abuſivè nonnunquam pro ſolis ſtatibus ſumitur,) depen-
deat non minus; ſed r. objecti, quod cauſæ, quæ ibi tractantur, Impe-
rium & Principes ſæpè concernant. Gaſtelius *de ſtat. Publ. Europ.*
*cap. XXXVI. Membr. II. n. 1.* Neque enim Wehnero *in Obſerv. voc.*
Hoff/ aut Knipſchildo, *de Jure Civ. Imp.* credendum, qui ſupremum
hoc Judicium, ejusque membra, non ſolum Imperatori, ſed etiam Ele-
ctori Moguntino tanquam Archi-Cancellario Imperii, juramento ob-
ſtringi exiſtimant. Dn. Mauritius *in diſſ. de Jud. Aul. th. 6.*
***Niſi quod ſuperioribus Comitiis paritatem Religionis in numero Aſſeſ-
** ſorum enixè urſerint, nec ordinationem Judicii Aulici etiamnum ap-
probaverint Status Evangelici, id quod ex Relatione Authoris des kur-
tzen Begriffs Confutationis der anno 1654 Regenſpurg ſpargirten vin-
diciarum Herbipolenſium in Sachen Brandenburg contra Würtzburg/
colligere licet. vid. Magnif. Dn. Lynckerus, JCtus Excellentiſſ. Præ-
ceptor noſter ſummè colendus *in Tr. d. Gr. Extraj. c. VI §. 28 n. 5.*
Et ſanè cauſa, cur ordinatio Judicii Aulici auf gehabten Rath mit Chur-
fürſten/ Fürſten und Ständen/ und nach derſelben gutbefinden/ zu ver-
faſſen/ ut volunt monita Statuum communia *ad art. 42 Capit. Leop.*
Commiſſiones quam maximè concernit. Ita enim im Prager Frieden-
ſchluß *de anno* 1635. § den Käyſerl. Reichs Hoffrath betreffend: und
derſelben Reichs Hoff-raths-Ordnung) ausdrücklich mit eingerückt
werden ſoll/ daß die Stände insgemein mit Commiſſionen nicht über-
eilet ꝛc. werden ſollen. Enimvero has totamque Proceſſum, quod at-
tinet, bleibt es bey der neuauffgeſetzten Reichs-Hoffraths-Ordnung/
(quam Limnæus exhibet *in add. Poſt. ad lib. 9. c. 4.*) biß dieſelbe
verbeſſert wird/ Cap. Leop. *art.* 41. quod tamen ut ægrè concedet
Cæſar, ne quidem Status Imperii in modum ordinandi admiſſurus,
quibus jam tum Judicio Camerali gratificatus eſt, (prout conjicit
Magnif. Dn. Lyncker. *in Colleg. manuſcript. ad Capitul. Leopold. Part.*
*Speciali ad d. art.* 41. cui jungatur *d.* § 16. des Prager-Friedenſchluß)
ita, quando tam ex actis Monaſterienſibus, quam ipſo Inſtrumento Pa-
cis, liquidò deduci poteſt, Status Evangelicos in hoc condeſcendiſſe, ut
in Aula Imperiali ficta ſaltim obtineat paritas, ſanè querelam nonnul-
lorum (adeoque & deſiderium Herdeni *P. 3* der Grund-Feſt *c. 5. p.* 270.

daß

pereſt, quin in cauſis Juſtitiæ tàm ex officio, quam ad implorationem Commiſſiones decernere poſſit, id quod etiam uſus & quotidiana ferè experientia manifeſtò confirmat. Nec excludimus ſanè hîc Commiſſarios Auſtregarum, quippe qui non minus, utcunque maximè legales ſint, & inter Principes Imperii cauſæ cognitionem & arbitrium ſine ſpeciali Cæſaris Commiſſione ſuſcipiant, ſuam tamen jurisdictionem Cæſari debent, ejusdemque Commiſſarii dicuntur, vid omninò C.G.O. *p. 2. tit. 2.* §. 2. ibi: Daß auch derſelbig anzunehmen und zu vollführen ſchuldig ſeyn ſoll/ als Kayſerl. Commiſſarius, in Krafft der Commiſſion, die wir als Röm. König an ſtatt der Kayſerl. Majeſtät/ in Krafft ihrer Liebd. nnd Kayſerl. Majeſtät Uns gegebener Vollmacht und Heimſtellung hiemit einem ieden gethan haben wollen. Quo ſequitur: Und ſoll derſelbe Kayſerl. erkohrne Commiſſarius förderlich ꝛc. & paulo poſt eod. §. idem tertia vice repetitur. Quanto magis ergo hoc in cæteris, qui ab ipſa Aula impetrandi ſunt, concedendum erit? Cæterum, utcunque Pontificis Romani Commiſſarii in rebus Imperii dati non agnoſcantur, v. Klockius *Vol. 1. Conſil. 2.* quin tamen â Rege Romanorum & Vicariis imperii impetrati pro Cæſareis haberi debeant, docet Blumius *Tit. XXVII. Proceſſ. Camer. n. 126.* Et ſic tempore interregni Anno 1612. Adminiſtrator Electoratus Palatini, Dn. Johannes, Comes Palatinus ad Rhenum, Comes in Veldenz & Sponheim, tanquam Vicarius in Imperio terrarum ad Tractum Rheni, Svevici & Franconici juris, Guilielmum Comitem de Sayn in Wittgenſtein/ &c. Marquardum Freherum, & Fridericum Paſtorium, Aquisgranum Commisſarios miſit: Um zwiſchen Bürgermeiſter und Rath alda der Röm. Catholiſchen Religion zugethan eins- und der Evange-

 liſchen

daß/ vermög des Frieden-Schluſſes/ die Gleichheit von beyden Religionen/ und zwar nicht mentaliter, oder per fictionem quandam nach Röm. Catholiſcher Meinung; ſondern realiter, und quoad numerum perſonarum eingeführt würde) præmaturam, & nec Inſtrumento *Pac. art. V. n. XX.* §. 55. nec ulla lege aliâ Imperii fundatam, ſed veram æqualitatem optandam quidem extorqueri verò invitò Cæſari non poſſe, cenſet Dn. Deckherrus *in Conſult. de Pac. Civ. Rel. dat. pag.* 371. Add. Magnif. Dn. Lynckerus *l. c. n. 7. & ſequent.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0013-8

liſchen Bürgerſchafft daſelbſt andern theils / zu beederſeits erſprießlicher Wolfarth und Beſten/nochmahls güttlich-und ſinnliche Unterhandlung zu pflegen / und alles das jenige mit möglichen Fleiß zu verrichten/ was zu beſtändiger Wiederbringung guten Frieden und Vertrauen diß Orts dienlich und nöthig ſeyn möcht; Proùt verba habent Receſſus Commiſſionis. ap. Gaſtel. *P. VI. de Stat. Publ. Europæ, cap. XXXII. num. 23. pag. 928.* Illud ambiguum eſt: Num Commiſſarii, qui in Judiciò Cæſareo-Aulico Rottvvilano, (de cujus abolitione in Tractatibus Pacis Weſtphalicæ fruſtrà actum eſt: quam in rem extat Kurtzer Begriff zu Handhab der Röm. Käyſ. Majeſt. uhr-alten Käyſerlichen Hoffgerichts zu Rottweil/*de anno 1651.* & Memoriale *de anno 1653.* ap. Gaſtelium *de Stat. publ. Europ. d. l. n. 100. p. 1221. ſeq. & pag. 1228.*) ad unum alterumve actum (ad integram enim cauſam non ſecùs ac in Camerâ, licet utrobique ordinaria ſit Jurisdictio, fieri non poteſt, teſte Johanne Georgio von Zimmern/ *P. 2. Manual. Rotwilan. quodlibet. 1. pag. 79.*) conſtitui ſolent, noſtris Imperialibus annumerandi ſint? Utique enim, prout Dicaſterium Rottwilanum à Conrado III. inſtitutum, & à Maximiliano II. reformatum eſt, ità â ſolo Cæſare dependere dicitur, in der Reformirten Hoffgerichts-Ordnung *de anno 1572. P. 2. Tit. 5.* ibi: Nach dem das Hoffgericht zu Rottweil Uns Römiſchen Käyſern ohne Mittel zuſtändig/und ieder zeit von Unſeren Vorfahren/ regierenden Käyſern und Königen/ über alle die/ ſo in obbeſtimten Unſers Käyſerl. Hoffgerichts Bezürch geſeſſen / ordinariam Jurisdictionem empfangen 2c. Item, dicto Memorial. *de anno 1653.* verbis: Iſt denn nun des Hoffgerichts Jurisdiction vielhöchſt-beſagt Ihrer Käyſerlichen Majeſt. unwiderſprechlich zuſtändig. add. R. A. *de anno 1570.* §. und nach dem 71. Paulus Matthias Wehnerus von Heltenberg *in Not. ad Reformat. Ordinat. P. 1. Tit. 1.* Interim tamen Commiſſarios ejus non niſi ſimpliciter, nunquam verò (cum appoſito hoc:) Cæſareos vel Imperiales, nominari deprehendimus; utcunque vel ipſi Nuncii (Zimmern *P. 1. Manual. Rottwilan. Quodlibet. XII.*) vulgò Käyſerliche Hoffgerichts-Botten indigitentur. Scilicet, das Erbhoffrichter-Ambt/im Nahmen Käyſerl. Majeſt. an den Hofgericht

gericht zu præſidiren/iſt dem uhralten Gräfflichen Hauß Sultz/ ob res præclarè geſtas, ac inſignia merita, zu Lehen conferirt: ut verba habent des kurtzen Berichts/ modò allegati. Et quemadmodum omnes Proceſſus nomine ac Titulo ordinarii Judicis, Illuſtriſſimi Comitis de Sultz/ & ejus Vicarii, Per-illuſtris ac Generoſi liberi Baronis de Stein/ emanare ſolent, (Zimmern *P. 2. Manual. Rotwil. Quodlibet. 1. pag. 78.*) ita Judex Curiæ Rottvvilenſis ſuo nomine committit: Imò, quod ſingulare eſt, ex Reformatione Maximiliani II. ſunt duo Commiſſariorum ordinarii jurati, iique à Magiſtratu conſtituti, qui ad omnes cauſas, ſeu examinationes teſtium probationesque deputari debent, quibus tamen utraque Pars Notarium adjungere non prohibentur. R. H. O. *P. 1. Tit. 14.* Adhibe Zimmern/ *P. 1. Manual. Rottwil. Quodlibet. IX. p. 56. ſeqq.*

§. III. Commiſſarios autem Juſtitiæ his omninò, qui in cauſis Statûs deputari ſolent, opponimus: non utique rationem Status in illis planè aut ſemper * excludentes, ſed regulari-

* Nam ut taceam, quod ipſe ſtatus Imperii labefactetur, ubi malè adminiſtratur Juſtitia, ſanè in Imperio noſtro cauſæ Juſtitiæ eò invaleſcere poſſunt, ut Imperii ſecuritatem turbent, adeòque cauſæ Status fiant. (conf. ſi placet, noſtra diſſert. *de Commiſſ. ad negot. Status th. 4.*) Inprimis verò, ubi decernendi Commiſſarii ad exequendum, Status ſæpè ratio non negligenda venit. Unde Bœclerus *N. S. R. J. lib. 13. c. 4.* plenam illud prudentiæ laudem habere dicit, quando à Judicio Aulico cauſæ graviores cum voto, aut ſententia, ad S. Cæſaream Majeſtatem referuntur, eoque in caſu in Conſilio ſecretiori non Juſtitiæ ſolùm & Juris, ſed & Status rationes accuratè penſitantur, an in cauſa pronunciari ſententiamque executioni mandari, an vero aliquantiſper differri ex re ſit Imperii: ceu factum eſſe in c. Braunſchweig/ contra Braunſchweig/ das Fürſtenthum Grubenhagen betreffend: Item in c. Baden contra Baden/ refert Limnæus *ad Capitul. Matthiæ art. 40. p. 580. & Tom. I. add. ad lib. IX. J. P. 4 n. 1.* Sunt & plura exempla inhibitarum executionum: vel ſententiarum ſuſpenſarum ſuperiori ſeculo anno 42. 43. 44. 45. tum & Rudolpho II. Imperatore & ſeqq. Sed cum ea paſſim obvia, partimque odioſa ſint, ea adducere nolumus. Et quot etiamnum demandatæ vel ipſis Circulis pendens? Equidem hodiè in Capitulatione Invictiſſimi noſtri Imperatoris Leopoldi art. 2. expreſsè definitum, ne Conſilium ſecretius ſe immiſceat rebus ad Aulam Imperialem pertinentibus, auch was einmahl in erſtgemeltem Reichs-Hoff-

Rath

lariter; & quod illorum expedienda negocia non æquè propè ac horum ipſum ſtatum & Imperii ſecuritatem, pacem, tranquillitatemvè, quin potius cauſas tantum privatas, ſeu ſingulis Statibus ſubditisve Imperii proprias, easque ſub reſpectu adminiſtrandæ juſtitiæ, ſaltim hoc prævalente, immediatè concernunt. Igitur eos pro inſtituto utcunque deſcribere liceat; per *Delegatos Imperatoris, qui hujus authoritate cauſarum ex jure imperii diſceptandarum ſive definitionem & arbitrium, ſive negocium aliquod tractandum, cum quâdam cognitionis poteſtate legitimè ſuſcipiunt.* Veluti hæc omnia in Commiſſariis ad inquirendum, examinandum, cognoſcendum in cauſis cùm civilibus, tùm criminalibus, item in Commiſſariis zur Güte und Recht/ cum vel ſine voto cauſæve deciſione, nec non Auſtregarum, aut ad exequendum datis, variè mox apparebunt.

§. IV. Sed ne ἀπαιδευσίας culpam incurramus, de ſingulis tàm ut conſtituendis, quam ut conſtitutis, breviter diſpiciamus. Et cum Aulici Imperialis judicii jurisdictionem non minus ac Cameræ, imo magis (quia Camera Reviſioni & Syndicatui ſubjecta eſt, Ordin. Cam. *Part. 3. Tit. 51.* verb. ob aber

einig

rath in judicio contradictorio, cum debitâ cauſæ cognitione, ordentlicher weiß abgehandelt und geſchloſſen iſt / daß es darbey förders allerdings verbleiben/und von nirgend anders von neuem in cognition gezogen/und noch deſſen execution gehindert werden ſoll. Verum forſan hic articulus non adeò rigidam interpretationem recipere poteſt, quin ſalus Reipubl. hic adhuc ſuprema lex ſit. Nos enim uti hanc Capitulantium proviſionem non aliter accipimus, quàm prout ſufflamen illud executionis in detrimentum non modò partis ejus, quæ obtinuit, ſed & in publicum vergeret, ita n possumus, quin arbitremur, eosdem vel tacitè diſtinctionem eam admiſiſſe, quæ inter rationem Statûs Imperii, & rationem Status Imperatoris diſcernit. Prior ſanè ſi efflagitet, ipſique Imperio pro tempore, donec commodior ſe offerat occaſio, metuamus, ne ob potentiam condemnati ejusque fœderatos turbas meras in Imperio habituri ſimus, ita ſi Cæſar executionem decerneret, & imò ſi in unâ alterâve cauſa pronunciaret, Status credo quamplurimi indignabuntur, quòd hunc articulum Capitulationis nimis rigidò interpretatus fuerit. Kan alſo der Käyſer in dergleichen Fällen in puncto executionis nicht umgang nehmen/ deßhalben mit dem geheimen und Staats-Rath communiciren zu laſſen. Magnif. Dn. Lynckerus in præ laud. Coll. MS. ad Capit. Leop. habito. *P. 2. ſpec. d. art.* 42 confer. Ludolph. Hugon. *d. Stat. Region. German. c. ult.* § *fin.*

einige Parthey &c. Aula Cæſarea verò hæc remedia non admittit, niſi quod loco Reviſionis Supplicatio obtineat, quæ ſicut quoad formalia fatalium cum Reviſione convenit, ita in cæteris ferè cunctis diſcrepat.) reſtringant Auſtregæ, * nullis abinde, Mandatis, ** avocationibus, aut quovis modo alio, ut ſit

B quo-

* Non obſtante, quod ante Auſtregarum inſtitutionem Judicium Aulicum dudum viguerit. Nam licet ejus originem Bœclerus *in N. S, R. J. lib. XIII. c.* 4. Burgold. *diſſ. XVIII. ad Inſtr. P. p.* 1101. Dn. Textor *in Diſſ. I. ad* R. A. *de anno* 1654. §. 25. & *cap. XV. d. Rat. Stat. Germ.* aliique ab anno 49. ſuperioris ſeculi repetant, illud merè Ferdinandèum eſſe reputantes, tamen aliter ſentire nos jubet Ferdinandus III. in præfat. der erneuerten R. H. O. ubi de hoc Judicio ait: daß ſolches zu Beförderung und Vollziehung der werthen Gerechtigkeit/ und Regiments im Röm. Reich unvordencklichen Jahren erhalten. Niſi fortè illi de quacunque mutatione intelligi velint. Cum quidem perſonarum mutatio, aut exterior Judicii forma, vel ordinationis novæ conceptio, illud Judicium non immutet, quod ubique Jurisdictionem ab unâ Cæſar. Majeſtate habuit; aliàs etiam novum exhinc Camerale dicere oporteret Judicium, quando in loco vel numero Aſſeſſorum, aut deſignatione præſentantiū, vel ſalariorum diverſitate, eorumque reditu & ſolvendi modo, aliam cepit faciem. conf. Dn Maurit. *in laud. diſſ. d Jud. Aul. th.* 5. Auſtregas verò quod concernit, eæ, ſaltim ordinationis, Maximiliano primo debentur. Utut de cætero jam ante hujus glorioſiſſimi Imperatoris tempora non modo voluntarii, ſed & neceſſarii Judices und rechtliche Austräge/ coram quibus etiam inviti convenire poſſent, obtinuerint. Ord. Cam. *d. an* 1495. *Tit.* Wie Churfürſten &c. Dn. Textor. *diſſ. III. ad d. R. th. V.* Etenim prout tantum inter illuſtriores quaſdam Imperii familias, propter Conventionem Auſtregalen, ſive à ſe, ſive à Majoribus initam, ex quadam Imperii obſervantia & tolerantia, (cum aliàs ab illis Jurisdictio, quam in ſe non habuerunt, concedi non potuerit.) in tantum invaluerunt, ita iisdem laudatiſſimus Imperator tantum fuit permotus, ut, cum Judicium Imperiale in Imperio ordinaret, Auſtregas illas, quò in poſterum primæ inſtantiæ loco eſſent, reliquerit, & hactenus particularem conſvetudinem generaliori ſuâ lege firmatam, & quod formam ſpecificam attinet, noviter informatam eſſe quoad Claſſes & vias, ceteroſque effectus, voluerit. Dn. Textor. *d. l. th.* 3. conf. Blum. *in Proc. Tit. XXVII.* 9.

** Unde in causâ Mecklenburg contra Braunſchweig & Conf. Mandatum de ſolv. & dimitt. hypoth. cum Cl. item Mandat. de adimplendo transactionem cum Cl. per ſententiam d. 17. Februar. anno 1660. compenſatis expenſis caſſata, & impetrans ad judicium Auſtregarum juxta Ord. Cam *P.* 2, *Tit.* 2. §. *pen.* remiſſus fuit.

*** Hoc

quoque per Commiſſiones cum voto, *** & quando Subdelegati Aulicæ deciſioni inſiſtunt, turbandæ, vid. Capit. Leopold. §. 18. R. H. O. *tit. 11.* §. Wir befehlen auch hiemit (ex quo exponitur §. Und weil auch *ibid*) C. G. O. *P. 2. tit. 4.* §. zum

vierd=

*** Hoc jure] (v. *Juſtit. Cauſ. Palatin. P. II. cap. 5. p. 184. & ſeqq.*) nitebatur Elector Palatinus ratione Commiſſionis in cauſa Wildfangiatus, in literis ad Cæſarem *d. 20. Septembr. anno* 1655. Unde & deſignati tum temporis Commiſſarii, Elector Trevirenſis, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, Dn. Erneſtus Saxoniæ Dux, & Haſſiæ Landgravius Darmſtadinus, cum Spiram miſſis Legatis ſuis per Doctorem Lingelshemium Elector Palatinus demonſtraret, quod prima privilegiatarũ Auſtregarum Inſtantiâ privandus non eſſet, ſubdelegados ſuos abinde avocarunt. Quæ tamen cauſa poſtmodum non ab Auſtregarum Judicibus, ſed per viam compromiſſi, reſervante ſibi Cæſare die Oberobmañſchafft/ eſt deciſa; fruſtra in hac cauſa Palatina Burgoldenſi noviſſimum Auſtregarum judicium ponente. Dn. Textor *d. l. th.* 7. Ratio autem, cur nec Commiſſio cum voto decerni poſſit, ſi quando primæ Auſtregarum Inſtantiæ obtineant, ſatis manifeſta eſt: quia parum refert, utrum Aula Cæſarea in primâ Inſtantiâ judicet planè abſque ulla Commiſſione, an vero Commiſſarii quidam ſint citra facultatem decidendi, tantum cum voto, & ſic nihilo ſecius Conſilium Imperiale Aulicum in primâ Inſtantiâ judicet definitivè, ipſi verò in loco Commiſſionis Aulica deciſa pronuncient. Pertinent huc gravamina Unitorum ap. Limn. *lib. 4. c. 8. J. P. n. 36.* ibi: Daß der R. H. R. gantz beſchwerliche Commiſſiones auch ſo gar in Sachen den Religion-Frieden betreffend/ ausgehen laſſen/ dahin gerichtet/ daß in ſolchen Commiſſionibus die Commiſſarii usque ad Concluſionem cauſæ procediren/ und hernach die Sach an den Käyſerl. Hoff zum endlichen Ausſpruch überſchicken ſolten/ welches aber nicht allein den Austrägen zum Abbruch/ ſondern auch den Parthenen ſelbſt zu nicht geringer Beſchwehrnüß/ gereichen thut/ indem Ihnen durch dieſen Weg die commoda appellationis, derer doch ihre (der Ständ) ohnmittelbahre Unterthanen genieſſen/ und alſo melioris conditionis als Sie (die Ständ) ſelbſt ſeyn müſſen/ benohmen werden. Similiter, cum anno 1630. Epiſcopus N. N. contra Senatum & Cives civitatis Imperialis N. A. C. addictos, ſub- & obreptitiè Commiſſionem à S. Cæſareâ Majeſtate Ferdinando II. impetraſſet, Hi inter cætera Auſtregarum privilegiatos Judices oppoſuère his formalibus: Daß wir auch/ Vermög und nach Innhalt unſerer uhralten von E. Käyſerl. Maj. ſelbſten confirmirten privilegien, nicht ſchuldig ſeyn/ Sr. Fürſtl. Gnaden/ auſſer den Weg unſer ordentlichen Richter/ in Rechten zu ſtehen/ oder in einige Commiſſion, bey ſo klaren und unlimitirten Innhalt unſerer Freyheit uns einzulaſſen. vid. Acta Commiſſ. wegen der in anno 1630. & 1631 übel angemaſter Religions-Reformation in des H. R. R. freyen Stadt N. pag. 40.

vierdten. Et Inſtr. Pacis *art.* 5. *n.* XX. §. *Viſitatio* 56. junct. R. A. 1654. §. 168. Limnæus *lib.* 9. *J. P. c.* 5. *n.* 32. Zieglerus *ad praxin Calvoli* §. *Auſtregæ Concl.* 1. *n.* 15. & plures ap. Rümel. *ad A. B. P.* 2. *Diſſ.* 1. *Coroll.* 2. Itaque de Commiſſariis Auſtregarum prius agere, & â Deputatis ab Aula tantò diligentius diſtinguere convenit, quanto his magis accedunt illi, qui aliquando juxta Ordinationem Cameræ à Cæſarea Majeſtate impetrandi ſunt.

§. V. Videlicet Commiſſarii Auſtregarum vel ſimpliciter authoritate Legis nituntur, nec Reſcriptum ullum Cæſaris deſiderant, ut quando Princeps ex Principibus à Reo nominatis quem eligit, juxta diſpoſitionem der C. G. O. *P.* 2. *Tit.* 2. vel illorum Commiſſionem Ordinatio Camer. quidem approbat & ſancit, ita tamen, ut ſpecialiter Imperatoria Majeſtas pro Commiſario Auſtregarum imploranda ſit: Et hoc in caſibus der C. G. O. *P.* 2. *t.* 3. in primâ viâ: & in *Tit.* 4. §. zum vierdten/ item in caſu *Tit.* 5. ibi: einen unpartheyiſchen Commiſſarium, non ſecus ac ubi, ceſſantibus Auſtregis, Commiſſarius ab Aulâ von Hoff aus impetrandus eſt. Quocircà in der erneuerten R. H. O. *Tit.* 2. §. dieweil aber. requiritur, ut in ſpecie pro Commiſſario, vermög der Auſträg/ ſupplicetur, ne alias Partes in Commiſſionem cum Voto* incidant; quanquam nihilominus per omiſſionem illius formulæ Reo non præjudicari, aut si privilegium Auſtregarum eripi non poſſe, verius ſit. Adhib. Dn. Textor. *Diſſ. ad* R. A. 1654. *III. th.* 53. *junct. th* 22. *usque* 26. Etenim contra Conſtitutiones §. præced. citatas, inprimis contra Inſtrumentum Pacis, Aulicæ Ordinationi ſtari non debet, arg. Inſtr. P. *art.* 17. §. *contra hanc transactionem* 3. Quid? quod d. §. dieweil aber. (prout jam §. 4. innuimus.) ex §. præced. Wir befehlen auch ejusd. Tit. der R. H. O. interpretandus veniat; vel ita intelligendus, ut omiſsâ illâ formula Actor tantum in ſui præjudicium, non verò in præjudicium Rei, Auſtregis tacitè renunciaſſe dicendus ſit, quo caſu & tunc Reus Juriſdictionem Judicii Aulici prorogaſſe cenſebi-

 tur,

* Ubi, cum commiſſarii Auſtregarum plenam decidendi facultatem habere deberent, Aula Imperialis pronunciare ſolet. Ita verò Pars læſa impeditur, ne, ùt ab Auſtregarum pronunciato fieri potuiſſet, ad Cameram per appellationem procedere queat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0019-5

tur, quando, ubi Auſtregarum Commiſſarius decernendus fuiſſet, coram Commiſſario cum Voto non modò compareret, ſed & intentioni Actoris, exceptionem fori & privilegium inſtantiæ non allegans, reſpondet. Conf. Roding. *in Pand. Cam. lib. I. tit. 4. §. 5. ibique Commentatores.*

§. VI. Sed in ratione conſtituendi Commiſſarium, quem eximiè legalem diximus, uberius non exhibeamus. Quod ſi nimirum Elector, Princeps, * aut qui huic par ** cenſetur,

* Sive ſit Regens ſive Apanagiatus: cum & hic privilegio Auſtregarum gaudeat, ſive Actor ſit ſive Reus. Schubardus *c. XI d. Auſtreg. n.* 104 *ſeq.* Blum. *tit. XXVII. Proc. Cam. n.* 43. Quid ſi Rex aut Princeps exterus Principem Imperii ſit conventurus, an hunc Auſtregas attendere convenit? Affirmat hoc Blumius, *d. l. n.* 53. *ſeq.* ex eâ potiſſimum ratione, quod Actor Rei forum ſequi debeat, nec diſtinguatur, an ſit forum commune an privilegiatum. Imò forum Auſtregarum commune dicere licebit, cum earum privilegium in Corpore Receſſuum (quod & magnam partem Juris Communis continet,) ſit clauſum, qualia non minus ſunt privilegia mulierum, militum, Studioſorum. Alii diſſentiunt, aſſerentes, non ſolum ad Reum, ſed etiam Actorem reſpiciendum eſſe. Deinde ad Status ſolum & membra, ſeu ſubditos Imperii inter ſe, Auſtregas pertinere: Unde Statuum correſpondentium Legatos in Comitiis anno 1613. non attentis votis in contrarium majoribus, Extraneos protinus in Camera agere debere, voluiſſe; teſte Cubachio, ap. Arumn. *Vol. IV. diſcurs.* 36 *th* 46. vid Mylerus *ad Rumelin. in A. B. p.* 2. *diſſ.* 1. *th.* 4. Et cum de Exteris nunc ſolliciti ſimus, id hic aſſerere non dubitamus, quod ſi quis Exterus Rex, qui ſimul Status eſt Imperii, ſed ſine reſpectu Regni ſui, vel Principatus in Imperio, conveniendus eſſet, Auſtregæ locum habere non poſſint. Velut enim Princeps Imperii, qui ſimul Comes eſt, à Mediato non aliâ ratione coram Auſtregis convenitur, quam quod dignitas major minorem abſorbeat: Ita Reum ejusmodi ut Regem potius, quam Principem Imperii, habendum eſſe convenit.

** Ein Fürſtmäßiger Quo nomine non ſolum venire putamus die Gefürſte Grafen / quorum feuda etiam coram throno Cæſareo æque ac Principum renovantur, (ut in Montiſpelicardenſi inveſtiturâ, ſe Legato, id Poſonii contigiſſe refert Mylerus *cap. 91. de Princ. & Stat. Imp.* §. 8 Sed & Abbates & Prælatos principali dignitate præfulgentes, Gefürſtete Aebt und Prälaten / qualis Fuldenſis, Kampidunenſis &c. Comment. ad Roding *in Pand. Cam. lib. I. c. 2. p.* 40. Add. Blum. *d. l. n.* 30. *ſeqq.* Nova eſt ſententia Textoris, *d. diſſ. ad* R. A. *d. anno* 54 *III th.* 46. qui eos tantum per Fürſtmäßige ſeu principares intelligendos opiniatur die einen Fürſtl. Anſchlag haben. Qua ratio-

tur, cum Electore, Principe *** vel Principi pare, Eccleſia-
ſtico vel ſeculari, jure experiri voluerit, nec his ſint Auſtregæ
conventionales, ſonderbahre gewilkůhrte rechtliche Austråge /
ut vocat textus der E. G. O. *Pi 2. tit. 2. §. 1.* **** ante omnia
 &

ne multi ab ea Claſſe ſuperiori ſegregarentur, nec adeò liquidū foret,
quantum ad hoc, ut quis in einen ſolchen Anſchlag ſtehe/ requiratur.
Facit tamen pro hac ſententiâ Ordinatio Regimenti, Tit. Wer in der
Churfůrſten Anſchlag zu rechnen ſey Quod in beneficiis ſimilibus ejus
temporis onerum & contributionis ratio habita videatur. Interim
altera, quæ dignitatem ſimpliciter reſpicit, tutior, & imò ipſo uſu re-
cepta eſt: quippe intentioni Legislatoris, dignitatem perſonalem, &
in hac eam quæ Principum eſt, magis reſpicientis, congruit.

*** Pertinent huc etiam Adminiſtratores ſeu Tutores Principum, qui ex
horum perſonis forum ſortiuntur. Item Capitulum. vid. Friderus
*lib. I. d. Proceſſ. c. 19. n. 7.* Limnæus *lib. IX. J. P. c. 5. n.* 28 *ſeqq.*
Blumius *Tit.* 26. *Proceſſ. Cam. n.* 46. Ummius *diſſ.* 4. *ad Proceſſ.*
*Jud. th.* 8. *num.* 40. Scilicet in cauſis Epiſcopalibus, aut quando ſede
vacante ut Pars gravat. Malè diſſentit Gail. 1. O. 30. *num.* 10. & 13.
Capitulum enim Epiſcopum repræſentat, & penes Capitulares, des
Stiffts Erb-Herrn/ manent feuda Imperii eorundemq; adminiſtratio.
v. Inſtr. P. *art. V.* § 20. Comitiis quoque intereſt, (Limnæus *lib. IX.*
*J. P. c.* 1. *num.* 10.) utut directorium in iis Capitulo Moguntino ex
eâ ratione non poſſe competere videatur quia directorium non (ut jus
Comitiorū ſuo modo) Territoriis, ſed dignitati perſonali Archi-Can-
cellar-atus inhæret, aut abinde dependet: Ergò ſub adminiſtratione
jurium Epiſcopalium venire non poteſt. Et ſequeretur aliàs, præju-
dicari Epiſcopo inſtituto, ſi judicium Cameræ ſortiri cogeretur. De-
nique Capitulares ſunt Curatoribus ſimiles, nec fit extenſio de perſo-
nâ in perſonam ob repræſentationem. Ex quibus colligitur, præju-
dicium Gailii *loco cit.* in C. Mansfeld contra Capitul zu Magde-
burg/ eſſe explicandum de eo caſu, quo Capitulum conveniebatur in
cauſâ propriâ. Ita Notat. ad Roding. *in Pand. Cam. lib.* 1. *tit.* 4.
§. 15 *p* 26 Magnif. Dn. Lyncker. *d Grab. Extraj. pag.* 388. *num.* 6.
jung. Zieglerus *ad praxin Calvoli,* § *Auſtregæ Concl. I. n.* 36. *ſeq.* De
uxore Principis, etiamſi mediata fuerit, cum Blumio, Textore, Schü-
bardo, ut & Mylero *cap. VII. Gam* § 8. aſſerere non dubitamus, quin
ei privilegium Auſtregarum ex perſona mariti competat, *arg. l.* 4 *C.*
*de ſilentiar. & decur. l. fin. C de incolis,* ubi Amaya docet *num.* 12.
quod Uxor Equitis militaris S. Jacobi in criminali quoque cauſa ap.
Judices mariti conveniri debeat.

**** Sunt enim non tantum Auſtregæ in univerſum Legales, ut ordina-
tionis, (videlicet Cameralis) nec non juris peculiaris, puta ex conſve-
tudine aut privilegio. Quò pertinent Auſtregæ, quibus nonnullæ
Civi-

& quaſi præparamentum neceſſe eſt, ut is Reo petitionem ***** poſtulataque mittat, cum requiſitione adminiſtrandæ juſtitiæ, mit Erſuchung (ut inquit ordinatio Cam. *d. l.*) Jhme darum recht zu pflegen. Adde hæc requiſitus Princeps inter qua-

tuor

Civitates Imperiales, non eô cæteris Statibus Imperiis inferiores, mactatæ ſunt. v. Knipſchild. *lib. II. d. Jure Civit. Imp. c.* 1. *n.* 55. 84. Blumius *tit. XXVI. Proc. n.* 53. Reinking. *l.* 2. *Cl.* 2 *c.* 16. ut & Ziegler*us d. l. n.* 48. ſed & non Legales, eæque vel ſtatutariæ, vel conventionales; & hæ etiam legalibus præferuntur. §. 1. *h.* Unde in causâ Georg Pfaltzgrafen/ contra Chur-Pfaltz/ *anno* 1578. *d.* 28. *Junii*: Daß die gemeine Reichs-Austräg die ſonderbare Anbringungen und Verträge/ ſo die Ständt untereinander haben/ nicht aufheben. (*v. Friderum Lib.* 1. *de Proc. c. XIX n.* 2.) quandoquidem in ipſa Ordinatione confirmantur, nam citra illam confirmationem præferri non deberent tàm quod in fraudem legis illæ ceſſuræ forent: quam quod privatorum conſenſus jurisdictionem non tribuat; niſi quod per conventionem partium compromiſſa rectè ineantur, à quibus tamen & Auſtregæ conventionales toto genere diſtinctæ ſunt, Nam compromiſſa ſunt incerta & extraordinaria, atque privatis etiam competunt, nec ab iisdem appellatur. Non etiam Arbitri Jurisdictionem habent, pendetque compromiſſum ab arbitrio & conſenſu compromittentium, qoorum morte quoque extingvitur. Accedit denique & illud, quod ad ſuſcipiendum arbitrium nemo cogatur, modo quod tum demum illud ex Cremenſis ſententia ſingulariter fieri queat, ſi utrique litigantium neceſſitudine quadam aliquis jungeretur; quod tamen ipſam ſimpliciter non probaverim: Auſtregales verò Judices Mannatis Cameralibus compelli queant. Conf. Scacc. *lib. II. de Jud. c.* 2. *num.* 625. *ſeqq.* Utcunq; enim legales propriè & ſtrictè ſic dicti non ſint hi noſtri Conventionales Auſtregar. Judices, dicuntur tamē tàm in Ord. Cam. *de anno* 1495. *Tit.* Wie Churfürſten Fürſten und Fürſten-mäßige rc. quàm de *anno* 1555 *P.* 2 *Ti.* 2 ſonderlich gewillkührte Rechtliche Austräg/ quo ipſo arbitris etiam ſecernuntur. Idque ob confirmationem Cæſareæ Majeſtatis. Tales autem ſunt unter Böhmen und Sachſen/ unter Sachſe/ Brandenburg und Heſſen/ plures ap. Schubart *cap.* 8 *d. Auſtreg.* Statutariæ dicuntur, quæ in eâdem familia, ut Palatinâ, Saxonicâ, Haſſiacâ, obtinent; quod genus inter Nobiles frequentiſſimum. Conf. Austrag und Ordnung/ wie ſolche des Heil. Reichs unmittelbare freye Reichs-Ritterſchafft in Francken/ Orths Röhn und Wärra/ zu güt- und gerichtlicher Erörterung derer zwiſchen Jhnen vorfallenden Streitigkeiten von alters hergebracht / und itzt wider erneuert hat. ap. Fritſchium ad Limnæum *Lib.* 6. *cap.* 3 *n.* 46. *p.* 186. *& ſeqq.*

***** Quæ petitio libellus, inque eo omnes articuli ventilandi recenſiti eſſe debent v. Blumius *d. Tit. XXVII. n.* 59 *& ſeqq. ubi & n.* 62. modum cautelasque inſinuandi tradit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0022-8

tuor hebdomadas ab inſinuatâ requiſitione proximas, quatuor Principes Regentes, ***** binos Eccleſiaſticos, totidemque ſeculares, omnes (ad evitandam ex cognatione colluſionis ſuſpicionem) ex diverſis familiis oriundos nominare debet. C. G. O. *d. l.* §. darauf ſoll, Quâ nominatione intra modò memoratum tempus neglectâ, una Actoris requiſitio, adhoc, ut Cameræ Imperialis vel Judicii Aulici Juriſdictio, prætermiſsâ Auſtregarum inſtantia, fundetur, ſufficit; ut tamen in arbitrio Actoris adhuc poſitum ſit, utrum unum ex his ſupremis Tribunalibus adire, eoque cauſam devolvere velit nec ne. Non obſtante, quod in ſimplici ſpolio ad Cameram ipſo jure cauſſa devolvi dicatur. *P. 2.* der C. G. O. *Tit. VIII.* §. wo ſich dann begebe *u.* idemque ſaltim de Jure Conſtituto (*v.* §. *ſequ.* gleicherweiß) obtineat, ſi quando Commiſſarius cauſam ultra annum protrahit, oder dem Kläger zu endlichen Austrag/Rechtſpruch und Urtheil nicht verhilfft/ vid. Blum. *in Proceſſ. Cameral. Tit. 27. n. 65. 85. & ſequent.* Dn. Text. *d. Diſp. III. th. 37.* Quod ſi ergò Reus quatuor Principes ritè denominaverit, Actoris iterum ſunt partes, ut judicem ex his eligat, delectumque Reo intra menſis itidem ſpatium domum per literas denunciet. C. G. O. *d.* §. darauf ſoll. ꝛc. ****** Denique & hoc facto, id ſupereſt, ut Princeps electus intra quatuordecim dies proximos ab utroque Principe, tam Actore quam Reo, pro ſuſceptione Commiſſionis communi nomine rogetur, die auch derſelbe

***** Regierende Fürſten/ cum hi ſoli propriis, Apanagiati verò vulgò abgetheilte Fürſten und Herren/ Conſiliariis parum ſtipentur, quorum tamen ope controverſia decidenda eſt. *d. Tit.* 2. §. 2. der C. G. O. *& arg. Tit.* 4. §. 1. *ejusdem.*

****** Illud hic quæritur, an adhuc Reus conſtringi poſſit ad recipiendum futurum Commiſſarium, ſin aliquem Principum ex nominatis poſt hoc tempus legis Actor elegerit? Non putamus, cum tempus pro ſolenitate actus à lege requiſitum præciſè ſervari debeat, id quod cùm ex fatalibus interponendæ & introducendæ Appellationis, tùm *l. 4. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. l fin.* §. 2. junct. §. 4. *C. de Jur. delib.* ſatis adparet. Ideoque ſi Commiſſarius ad Actoris tantum requiſitionem procederet, Proceſſus foret nullus. *c. ea. quæ d. R. J. in 6. l.* 170. *ff. de Reg. Jur.* Gailius 1. *Obſ.* 1. *n.* 36. niſi quod eum tunc ſubſiſtere poſſe plerique aſſerant, ſi Reus contra electionem Commiſſarii poſt tempus legale factam nihil opposuerit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0023-3

ſelbe anzunehmen und zu vollführē ſchuldig ſeyn ſoll als Käyſerl. Commiſſarius in Krafft der Commiſſion, die Ferdinandus als Röm. König/ an ſtatt der Kayſerl. Majeſt. in Krafft Ihrer Liebd. und Käyſerl. Maj. Vollmacht und Heimſtellung ******* hiemit (videlicet per ipſam ſanctionem Ordinationis,) einen jeden gethan haben wollen/ ut ipſa verba legalia hic quodammodo mea faciam, vid. omninò *d.* §. darauf ſoll. Unde eo caſu, quo Princeps requiſitus Commiſſionem recipere detrectat, ad Cameram non proceditur, ſed Reus de novo Auſtregas

******* Hæc verba interpretanda putaverim de permiſſione tantum Cæſareâ committendi ex poteſtate propria. Falſum enim mihi omninò videtur, quod Rex Romanorum tantum ſit Vicarius ipſius Imperatoris. Nec obſtat, quod is interdum loco cæſaris eſſe, ut & hîc an ſtatt Ihrer Käyſerl. Majeſt. committere dicatur. Nam id capiendum, quatenus Rex Romanorum ſubjectum ſive perſonam ejus gerit, ſed non de vicariâ poteſtate, quæ quidem Regi jure proprio competit: non aliter ac Legatus Pro Conſulis propriam Juriſdictionem habebat, nec tamen niſi excitatam quaſi exercere poterat *l.* 13 *d. Off Prot. & Leg. l.* 4. *pr. ff. d. Off. ejus cui mand. Juriſd. l.* 1. § 1. *ff. de Tut. dat.* Quorſum enim illa verba in hoc noſtro § als Röm. König Et quomodo aliàs Ferdinandus *in præfat.* der C. G. O. dicere potuiſſet: Setzen/ ordnen/ und wollen/ in Krafft berührter der Käyſerl. Majeſt. Heimſtellung/ auch für Uns ſelbſt als Römiſ König gebietend/ daß ſolche der Käyſerl. Majeſt. Unſer und des Reichs Recht und Ordnungen in allen ihren Articul und Puncten gehalten werden ſollen? (conf. *P.* 3 *Tit.* 54. § 1. *&* 2.) item, qui uti formulâ aus Königlicher Macht und Vollkommenheit? Sanè Rex Romanorum non tantum in Regiam dignitatem, zu der Ehr und Würde des Röm. Königl Nahmens/ ſed & poteſtatem, Gewalt deſſelben/ evehitur. vid Cap. Rudolphi II. in princ. Unde Status Imperii univerſi æque ei obedientiam debent ac Cæſari: Exercet Majeſtatem ſuo nomine, committitur in Regem. Roman. crimen læſæ Majeſtatis efficienter & non objectivè tale ut in Electoribus. Dicit in fine Capitulationis: Unſers Reichs; utitur plenitudine poteſtatis, Comitia indicit, & præeſt illis plenâ poteſtate; leges fert, cognoſcit de feudis, & prædicatum Majeſtatis habet. Nec his titulus dignitatis eſt index, ſed & poteſtatis adeoque realis eſt. Id ſaltim dixerim, quod Rex Romanorum, cum in Capitulatione ad id ſe obſtringat, (vid. omninò *Capitulat. Rudolphi II. art.* 32.) absque permiſſione Cæſaris, minimum tacitâ, (nullibi enim expreſſa requiritur (nihil poſſit, & quod exercitium habeat loco Cæſaris; (quo etiam intuitu & nomine Imperatoris & ſuo ſe agere plerumque dicit) poteſtatem ipſam ex ſe æſtimare, & ſi placet, ſuo tantum nomine exercere poſſit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0024-9

gas denominare poteſt. Imò etiam adverſus recuſantem æquè, ac circà Commiſſarios pendente lite moroſos contingere ſolet, Mandata pœnalia ſine CL. decernuntur. Dn. Textor *d. Diſp.* θ. *40.* Magnif. Dn. Lyncker. *Tr. d. Grav. Extrajud. cap. III. p. II.* §. *11. 15.* Add. Blum. *d. l. n. 85. ſeqq. cumprimis n. 90. cum ſeq.* ibique citat, loc. Gylmanus.

§. VII. De Commiſſariis auff die Außträg ab Aulâ impetrandis id hic addendum eſt, quod in caſu *Tit. III. P. 2.* der C. G. O. in primâ viâ, ubi Elector, Princeps, aut qui huic par, conventurus Prælatum, * Comitem, Baronem, aut etiam Nobilem ** immediatum, hanc præ ſecundâ eligit, ab Imperatore impetrari ſoleat Commiſſarius, qui ipſi dignitate par ſit. h. e. Elector vel Princeps, nec â Reo ultrà 12. milliaria diſſitus; *** ita enim verba habent: das der klagend Chur-Fürſt und Fürſtenmäßige Macht habe einen unpartheyiſchen Commiſſarium, ſeines Standes / doch dem Antworter über 12.

C Meilen

* Qui feuda ab Imperio immediatè recognoſcit, & horum ratione immediatè Imperio eſt ſubjectus. v. Blum. *Tit. XXVII. Proceſſ. Cam. n. 36.* junct. Notat. ap. Roding. *lib. 1. Tit. IV. cap. 5. pag. m. 53.*

** Quid ſi Civitatem Imperialem convenire velit? Ceſſant hic Auſtregæ, ſi ipſa, â quocunque etiam, convenienda eſt, nec ſingulares ex privilegio vel conſvetudine habuerit. Gailius 1. *Obſ.* 1. *n.* 20. ibique Fabritius. Diſſentit quidem Fichareus 2. *Conſil.* 129. ſed ei reſpondet Blumius *d. l. n.* 22. Imò, Civitas Imperialis Wormatienſis exceptionem peculiaris privilegii Auſtregarum à Maximiliano I. Imperatore conceſſi, contra Commiſſionem Cæſaream propriè ſic dictam Anno 1628. fruſtra oppoſuit, teſte Reincking. *lib. II. de Regil. ſecum. & Ecclеſ. Claſſ.* 2. *cap. XVI. n.* 13. & 14. Enimverò, prout nonnihil partialis eſt in hac ipſa cauſa Reincking. quippe qui (cùm Haſſiæ Landgravius eſſet conſtitutus Commiſſarius Cæſareus) Reſcriptum Imperiale alterum, ex propria confeſſione, ipſe obtinuit, ita dixerim ego: Non ſine ratione prædicto Reſcripto inſerta eſt hæc verba: Dieſe Sach auch ihrer Art und Eigenſchafft nach alſo privilegiret und bewandt / daß Unſere Käyſerl. Jurisdiction darinnen gnugſam fundiret / auch ſchleunige Erörterung erheiſchet. Ut adeò contra Civitatum Imperialium quarundam privilegiatas Auſtregarum inſtantias prædictum Reſcriptum indiſcretim in exemplum trahi nec poſſit, nec debeat.

*** Quæ tamen diſtantia hodiè non ita præciſè obſervari ſolet aut poteſt, per ea quæ apud Roding. *lib. I. Pandect. Camer. Tit. IV. cap. 3. pag. m. 45.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0025-4

Meiſen nicht entlegen oder entſeſſen/ zuerlangen. Et utcunque
nihil hic expreſſum de impetrando Commiſſario ab ipſo Im-
peratore id tamen *arg. Tit. IV. §. 9. & Tit. V. §. 1.* der C.G.O. *p. 2.*
rectè aſſeritur. Blum. *Tit. XXVII. Proceſſ. Camer. n. 92.* Quod
ſi Principes Imperii à Prælatis, Comitibus, Nobilibus atque
civitatibus **** convenire volunt, & Actor ex octo (quas vo-
cant) viis quartam eligat, tunc juxtà *Tit. IV.* der C.G.O.
modò allegatum, & *ejusdem* §. zum vierdten. *9.* à Cæſare aut
hoc abſente, à Rege Romanorum impetrandus eſt Commiſſa-
rius, qui ad minimum ex Prælatorum vel Comitum eſt ordine,
der zum wenigſten eines hohen Prälaten Standts/ oder ein
Graff iſt/ ut verba legalia ſonant. Undè neque Baro, multò
dantur Commiſſarii ad proceſſum viamque juris, zum Recht/ verum etiam ad amicabilem compoſitionem zur Güte. *** Imò illo in caſu ut prius illi concordiam tentent, inſtrumentis Commiſſionum plerumque inſeri ſolet. Formulam committendi ad cognoſcendam cauſam, zur Verhörung der Sachen/ quâ facultas datur Commiſſariis procedere uſque ad ſententiam, hunc in modum conceptam vidi: daß Sie die Partheyen in ihren Vorbringen gegen einander anhören/ aller Sachen Bewandnüß erkundigen/ und/ da möglich/ ſolche in der Güte vergleichen/ auch falls ſelbige nicht ſtatt finden thäte/ alle Acta ſamt ihren Bedencken Ihrer Kayſ. Majeſt. zur rechtmäſſigen Entſcheid überſchicken ſollen. Exemplum Commiſſionis Cæſareæ zur Güte/ ad amicabilem compoſitionem, hac verò ceſſante ad immiſſionem bonorum reliquorum cum voto, exhibet Fabritius *ad Mynſing. pag. 269.* Illud hic diſquiri poteſt, an Commiſſarius ejusmodi, à Sacrâ Cæſareâ Majeſtate ex officio, Krafft Käyſ. Amt/ & inprimis ſi cum Cl. recuſatione remotâ datus, adhuc recuſari poſſit? & affirmativam plerique tuentur, v. Mynſ. *3. Obſ. XXXIII. n. 4. & ſeqq.* adde Ruland. *p. 1. lib. II. c. XV. n. 2. & c. XXVIII. lit. g.* ut & Zaſium *in l. 16. C. d. Judic.* quaſi recuſatio ſuſpecti ſit juris naturalis. Dn. Zieglerus *Dicaſt. Concl. 13. §. 1.* Verum cum poſſit Princeps judicem dare, ne ab eo

pro-

rung der Juſtiz, und Rettung der betrangten/ in Sachen/ ſo ohne das in primâ inſtantia bey uns anbracht und erörtert werden können/ oder da Wir als unmittelbarer ober- und Lehenherr angeruffen werden/ oder ſonſten anderer Umſtänd halber vor Uns als Röm. Käyſer gehörig/ Commiſſiones zu Verhörung der Sachen allein ausgehen laſſen/ ſo förderſt zu Unſerm Käyſ. Ausſpruch an Unſerm Kayſerl. Hoff remittirt und überſandt werden; Als thun Wir Unſerm Käyſerl. Reichs-Hoffrath in ob ſpecificirten Fällen dergleichen Commiſſiones hinführo zu erkennen vorbehalten.

*** Prout Cæſarea Commiſſio zu gütlicher Hinlegung etlicher Nachbarlicher Spenn- und Irrungen/ quæ tum Epiſcopum Ratisbonenſem cæterosque ibi tres Imperii Status totumque Clerum ab una; ac Conſulem atq; Senatum ab altera parte intercedebant, in Epiſcopum Eichſtettenſem & Civitatem Noribergenſem à Ferdinando III. decreta eſt. v. Abdruck des zwiſchen gemeiner Löbl. Geiſtlichkeit und des H. Reichs freyen Stadt Regenſpurg/ in Anno 1654. aufgerichten auch von der Röm. Käyſerl. Majeſt. allergnädigſt confirmiret: und verpönten Haupt-Receſſ in proœmio. Idem factum eſt in controver-

provocare liceat. *l. 1. §. ult. ff. à quib. appell. non lic.* à Commiſſariis verò Cæſareis, quacunque ratione, dum cauſa cognoſcitur, decretis, juſſibus aliove actu Partes gravent, appellatio ad Aulam Cæſaream, vel ad ipſum quoque Auguſtiſſimum Cameræ Judicium, ſuperſit, alii negativæ ſubſcribunt. Interim ſaltim in dubio de ſuſpicione levi & frivolâ Cl. Imperator intellexiſſe cenſebitur, cum ejusmodi Reſcripta ſtrictè, nec de plenitudine poteſtatis extraordinariâ accipienda ſunt. vid. Hipp. de Marſil. *ſing. 292.* Zanger. *d. except. p. 2. c. 4. n. 12.*

§. XV. A Partibus ubi implorantur Commiſſarii, id nunquam in Aulâ oretenus, (prout in Camerâ regulariter, teſte Rulando *p. 1. de Commiſſar. lib 2. cap. VI. n. 3.*) ſed in ſcriptis fieri, ratio manifeſta ap. Dn. Maurit. *in laudatâ Diſput. theſ. 23.* In eo tamen, ut & cæteris ferè plerisque ibi hoc caſu cum Camerâ convenit, quod non minus ab implorante Commiſſionem Commiſſarii denominari ſoleant, & quod ſi is eorum, (quos habere cupit) nomina edere ceſſaverit, id injungitur: Ita ante aliquot annos, in c. Seelbach genant Reuſſen / contra Seelbach genandt Quadvaſall / cum pendente lite Actor poſſeſſionem bonorum vi occuparet, adeoque Reus opponeret exceptionem ſpolii, cum petitione Mandati pro reſtitutione, & Commiſſionis ad ocularem inſpectionem, * deinde ſupplicationibus pluribus reſolutionem urgeret, decretum: Communicentur exhibita des Leutners (als Seelbach-Quadvaſalliſchen Anwalds & Agentis tùm in Aulâ Nominatiſſimi,) parti adverſæ, & fiat Mandatum inhibitorium & reſtitutorium, cum Cl. ſub pœna quatuor Marcarum auri, & termini duorum menſium: Und ſoll in puncto petitæ Commiſſionis, wann der Leutner die Commiſſarien ernennen wird / ergehen was recht iſt. Equidem in hâc ipsâ cauſâ præſentatis & nominatis à Leutnero, Zufolg des nechſten concluſi, Commiſſariis, Principe de Naſ-

ſau

ſis zwiſchen Rath und Bürger zu Lübeck / teſte Receſſu Commiſſionis de anno 1669 in prooem. ap. Gaſtel. *d. Stat. Publ. Europ. P. VI. c. XXXII. n. 31. p. 998.* Nec non zwiſchen Churfürſtl. Durchl. zu Cöln und dero Erb-Stifft eins- und Bürgermeiſter und Rath andern Theils / *Anno* 1672. *ibid. ap. Lund. d. l. n.* 16 *pag.* 919. Friedens- und Vergleichs-Puncten / wie auch Neben-Receſſ in prooem &c.

* His (quæ referre lubet) verbis: Als gelanget an Ew. Kayſerl. Majeſt mein

ſau Dillenburg / & Salentino Erneſte Comite de Manderſcheid/ nihil ominus Commiſſio, ob exceptionem partis adverſæ, ſuſpenſa manſit, ſed cum is inſtando Commiſſionem urgeret, & ſub præſent. 16. Martii 1673. Commiſſarium alium denominaret Electorem Trevirenſem, huic demandata fuit Commiſſio ad inquirendum in ſpolium, idque referendum cum voto; (Literas Commiſſionales exhibemus infrâ in Adjunct. ſub lit. B.) quia tamen Pars adverſa pro adjunctione Electoris Moguntini tanquam Con-Commiſſarii S Cæſaream Majeſtatem imploravit, transſcripta eſt Commiſſio ſimul in Electorem modo nominatum, in priori formâ, vid. liter. in Adjunct. ſub lit. C.

§. XVI. In Camerâ petuntur Commiſſarii vel judicialiter: ſcripto aut oretenus, & hoc modo frequentius, illo verò, quando alia producta exhibentur, C. G. O. *p. 3. Tit. 11.* §. *item* ſo einer. Blumius *Tit. LX. Proceſſ. Cam. n. 25.* Rulandus *p. 1. lib. 2. cap. VI. n. 3. & 4.* Vel extrajudicialiter * in Senatu, ubi non niſi ſcripto implorantur, quod accidit, quando quis ſive Actor ſive Reus adverſus immediatum Imperii ante litis conteſtationem ad perpetuam rei memoriam ** Commiſſarios rogat Blumius *Tit.*

unterthänigſt rechtmäßiges Bitten / den ſpolianten nicht allein die erzehlte ſtraffbare Thätlichkeiten vermittelſt Außlaſſung eines pœnal Käyſerl decreti zu inhibiren / ſondern Jhme auch / eh und bevor ich in der andern oder fideicommiſſ. Rechthängigen Sach Jhm auff ſeine ungeheure Schrifft antworten die Erſetzung des mirgethanen groſſen Schadens / und reſtirung der ſpolirten Güter / allergnädigſt anzubefehlen / ſo dann weiter an die Fürſtl. hohe Obrigkeiten / worunter die von dem Kläger veröſſete Waldungen gelegen ſeynd / eine Käyſerl Commiſſion zuerkennen / damit die Herrſchafft durch geſchworne Bediente die ruinirte Oerter in Augenſchein nehmen, / den Schaden beſehen / und über deſſen Werth eydlichen Bericht erſtatten müſſen. Wie ſolches ꝛc.

* In Camerâ extra judicialiter id fieri dicitur, quod non fit in Audientiâ vel coram Deputatis, quamvis in Senatu, Cancellaria, Deputatorio vel Lectorio peragatur. v. Ruland. *P. I. lib. II. c. II. n. 7. &* 8. Magnif. Dn. Lyncker. *de Grav. Extrajud. cap. III. p. II. ſect. I. Membr.* 1. §. 10. *n.* 12.

** Ob metuendam oblivionem unquam in Camera Commiſſionem decretam eſſe, ſe non meminiſſe ſcribit Rulandus *P. II. d. Commiſſ. lib. I. c. X. n. 4.*

*Tit. LXXIII. n.* 36. Utrobique (ſaltim in ſchedulâ ubi oretenus petitur Commiſſio) nomina *** Commiſſariorum ſimul ſunt exhibenda, ut & ſi Commiſſarii ad examinandum teſtes conſtituendi, articuli cum denominatione teſtium. (R. A. *1654.* §. daheno *47.* & §. zu welchen End *49.* Gylmann. *Tom.* 1. *Deciſ. & Reſol. dub. tit. III. n. XIX.* Textor. *p. 1. prax. judic. cap. VIII. n. 22.* Roding *lib. III. Pandect. Camer. tit. XX. §. 37. & ſeqq.* ubi & quæ in ſupplic. pro Commiſſione in communi meliori aut optima formâ, item extraordinariâ impetrandâ obſervanda ſint, commemorat.) Quæ ſimiliter obtinent, ſive Actor petat Commiſſarios ſive Reus: Nam Commiſſiones in Camerâ ad probationes ferè tantum **** reſpiciunt, eæque non minus Reo

F ***** in-

*** Item narrari debet, an petenti ſubjectione, miniſterio vel alio quopiam modo conjuncti ſint, undè ſuſpicio oriri poſſit, quo caſu contrà illos excipitur, Sprenger. *Juriſpr. Publ. lib I. cap. XIV. pag. m.* 71. Nec unus tantum nominandus Commiſſarius ſed plures, ne, ſi contrà unum relevanter excipiatur, Judicium poſteà novâ denominatione detineatur. Nominatos tamen, ſi in tempore fiat, revocare altosque ſubſtituere licet; imò ſufficit ſi quis petat, ut Camera (maximè cum Teſtes in loco Cameræ aut non longè ab hâc diſſito examinandi ſunt,) ex Proto-Notariis aut Procuratoribus omni exceptione majorem ordinet. Ruland. *p. I. lib. II. cap. VI. n.* 10.

**** Quò & referri ſuo modo queunt Commiſſarii ad liquidandum, de quibus v. Blum. *in Chil. Sentent. Cameral. Num.* 6. 339 481 832 848. 988. & *in Mantiſſ. Num.* 68. Item Commiſſarii um Rechnung abzunehmen: pro cujusmodi Commiſſione ad audiendum rationes, & Mandato ſine Cl. adverſus Principem Imperii Dominum ſuum, ſupplicationem exhibet Gylmanus *Tom. I. Supplic. p. II. Tit. IX. Supplic. IV.* & pro Commiſſione ad audiendum rationes Tutelæ *Supplic. XXXV. d. l.* Add. Gaſtel. *in Specul. Jur. Univ. p.* 118. & *ſeq.* *De* Commiſſario qui in Mandato de reddendo rationes ex officio ordinatur Blum. *in ſent. Cam. Num.* 192. 257. 372. 386. 540. & 758. Sunt tamen in Camera nonnullæ aliæ Exceptiones: Nam non modò in cauſis extrajudicialibus petuntur quandoque Commiſſarii; (prout ſupplicatio pro Commiſſario ad emancipandos filios proſtat ap. Gylman. *d. Tom. I. P. II. p.* 196. Et dantur Commiſſarii ad examen Notariorum immatriculandorum *arg.* C. G. O. *de anno* 1500. *Tit XV.* Lier. *in Formul. Cancellar. Camer. pag.* 40. & *ſeqq.*) ſed & ab hâc non minus quam ab Aula ſæpè deputantur Commiſſarii ad exequendum. v. Speidel. *in Notab. p* 224. *columm.* 6. Gockelius *de Conſentu Circuli Suevici pag.* 54 & *ſeqq.* Pfältziſcher Druck / *lit. P. P. P.* Nec dubium quin & ad ſequeſtrandum Commiſſarii conſtitui queant, quo caſu quomodo bona ſequeſtro

***** incumbere poſſunt. Et cùm probatio vel artificialis vel inartificialis ſit, hanc perficiant Teſtes & inſtrumenta, *l. 15. C. de fid. inſtrum.* illa ex ipſis rerum argumentis deſumatur, *l. 19. C. d. R. V. l. 2. C. de in lit. jur. l. 21. & ult. C. probat. l. 2. C. de teſt. l. 34. C. ad L. Jul. de adult.* quò non incommodè referri poteſt evidentia rei vel conjectio à peritis deſumpta, hinc in illis ad examinandos Teſtes & tranſumenda inſtrumenta, in his ad ocularem inſpectionem, auf den Augenſchein/ v. c. aggerum, ædificiorum, limitum, carcerum, item an alimenta ſufficiant &c. peti ſolent. Supplicas Scriptores Camerales hinc inde exhibent; & in ſpecie ſupplicatio pro inſpectione carceris extat ap. Gylman. *Tom. I. p. 2. p. 178.* ubi impetrandus Commiſſarius ad ocularem inſpectionem limitum aut terminorum, delineatio eorundem ein Abriß ab utrâque parte pro informatione judicis producenda eſt, R. A. *de anno 1654.* §. wann es um Gräntzen. *51.* Facienda autem Commiſſariorum petitio in termino legitimo lite jamdum pendente prorſusque conteſtata, v. R. A. *de anno 1654.* §. wann nun 45. *cum tribus ſeqq.* Dn. Textor, *Diſput. IV. ad hunc Receſſ. theſ. 44. & p. 1. prax. judic. cap. VIII n. 12. junct.* R. A. *de anno 1570.* §. *96.* ſaltim regulariter: Nam non modò extraordinariè & juris ordine non ſervato Commiſſarii ad perpetuam quos vocant memoriam, *per c. quoniam X. ut lite non conteſt.* ſed & ad ocularem inſpectionem, tàm ante quàm poſt litem conteſtatam, imò hi omni tempore & publicatis jam atteſtatis, committantur, ſpecimen exhibet Lier. *in d. Tr. d. Formul. Cancellar. p. 14.* Pariter juxta diſpoſitionem Receſſus noviſſimi Camera Imperialis in caſu interpoſitæ Reviſionis tum ad inquirendum in facultates Partis Victricis Commisſionem decernat, quando illa non obſtante reviſione, (quandoquidem hujus hodiè remedii non amplius ſuſpenſivus ſed tantùm devolutivus effectus eſt) executionem implorat, & huic ad Cautionem de reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ poſt reviſorium ſe quidem offert, Pars verò adverſa contra illam excipit, nec Judici de eâ an ſufficiens nec ne, ſatis conſtat vid. omninò R. A. *de anno 1654* § nach Berathſchlagung 124.

***** v. R. A *de anno* 1654 §. desgleichen 48. Nam & Reus in exceptione ſe habet Actoris inſtar, etſi præſumptio contrà Actorem ſit. *v. l. 1. l. 19. C. de probat. l. 9. l. 18. ff. eod.* Carpzov *P. 1. Conſt. 10. def.* 18. Idem obtinet, ſi reprobationem den Gegenbeweiß ſuſcipiat. Exceptionem ſub & obreptionis (de qua noviſſime D. Coch. *in Prax.*

tis, usque ad concluſionem, vel hac reſciſſâ, ſententiam in cauſa peti decernique poſſunt. Rulandus *p. II. de Commiſſ. lib. III. cap. III. n. 2. ſeqq.* Nec quà Commiſſarios ad æternam rei memoriam intereſt, ſive actio jam nata ſit ſive demum naſcatur, Roding. *lib. III. Pandect. Camer. tit. XIV.* §. 7. prout & decernuntur quoque lite jam inſtitutâ & pendente, quandoquidem non minus periculum tum eſſe poteſt, quam nondum cœptâ. *Dep.* Abſchied *de anno 1600* §. es ſollen auch. Roding. *d. l.* §. 8. Sprengerus *lib. 1. Inſtit. Jur. Publ. cap. XIV. voc. Commiſſarii pag. 71.* Similiter nonnunquam in iis, in quibus non requiritur litis conteſtatio, veluti ſunt quæ ad ordinem Novarum pertinent, & in ſpecie in omnibus Mandatis ſine Cl. aliisque caſibus Commiſſarii in Camerâ ſine litis conteſtatione peti decernique ſolent, quod præjudiciis firmat Rulandus *p. 1. d. Commiſſ. lib. II, cap. IV. n. 8.*

F 2

*For. German. P. III. de Exceptionib. pag. 356.*) non minus ac alias probare tenetur, Rulandus *P. I. de Commiſſ. lib. II cap. I. n. 14. ſeqq.* Quoad negativam probandam communiter Doctoribus, nec malè, inter puram, ſimplicem & indeterminatam; atque inter prægnantem, quæ habet implicitè affirmantem, vel determinata eſt certo tempore & loco; (*ſi. l. 8 ff. de probat.* Bruneman. *ad l. 23. C. d. t.* Mev. 5. *Dec. I, 99 n. 6. & Dec. 280*) nobis uberius diſtinguere placet: Scilicet negativa alia juris, alia facti eſt. Juris, vel permiſſivi, v. c. quem non poſſe contrahere, & hæc negativa probanda eſt à negante, vel ab eo qui ſe in illa fundat; Vel prohibitivi, & ab onere probandi relevat Fulv. Pacian. *lib. I. de probation. cap. XXXVI n. 27. ſeq.* Facti vel eſt indefinita, & talis per rerum naturam probari non poteſt; vel definita & determinata, tam quantitatis, ubi ſi pondus & menſura negantur, eam quis probare tenebitur; *l. un. C. de error. calcul.* tùm qualitatis vel extrinſecæ, quod quis non ſit dives, pauper &c vel intrinſecæ; & quoad hanc diſtinguendum inter naturalem; & ſemper præſumitur ineſſe, indeque à negante probandum eſt contrarium, ut quem non eſſe ſanæ mentis, non habilem ad generandum, non idoneum ad hoc negocium. Fulv. Pacian. *d. l. cap. LIII. n. 3 & ſeqq. & n. 43.* Et accidentalem, quæ ab arte & caſu dependet, ut eſſe doctum, Clericum &c talis qualitas ut & extrinſeca illa non à negante illam ſed affirmante probanda eſt, *per l. 7. & ult. C. d. Profeſſ. & Med.* Niſi de eâ ſemel conſtiterit, ubi onus probandi in adverſarium devolvitur. Non mirum itaque quod Reo ſæpè Judex ex officio petitionem Commiſſariorum ſub pœnâ præcluſionis viæ probandi injungere ſoleat, prout habet exempla Rulandus *P. I. lib. II. d. Commiſſ. cap. IV. n. 5. & 15.*

ſeqq. ****** Num autem etiam poſt ſententiam in puncto executionis tàm ad inſtantiam electionemque partium, quàm ex officio interdum, ocularis inſpectio committi queat, diſquirentem vide eundem *d. p. II. lib. III. cap. III. n. 8. ſeqq.*

§. XVII. Sed cum Commiſſio ad perpetuam memoriam extraordinarium ſit remedium, ad hoc non pervenitur, quando ordinarium auxilium adeſt, Mev. *P. 6. Dec. 304. not. ult.* Unde Commiſſionem hanc petens Actor cauſam & neceſſitatem allegare debet, Mev. *d. Dec. 304.* Videlicet, ea non niſi præhabitâ cognitione, Proſper Farinac. *de Poſ. contr. exam. teſt qu. LXXVI. part. 5. n. 129.* ſaltim ſummariâ H. Piſtor. *lib. I. qu. XXXVII. n. 6.* decernenda eſt; Nec aliter Actor Commiſſarios ejusmodi impetraturus ante litis conteſtationem voto ſuo potitur, quam ſi doceat de ſenio, valetudine infirmâ, diuturnâve abſentia Teſtium, & exinde imminente jacturâ probationis, quia quando actione jam natâ quem convenire velit in ipſius poteſtate eſt, Reus verò antequàm convenitur ſine ejusmodi cauſis illos impetrat, id quod Cameræ Imperialis (quam & Tribunal Wiſmarienſe hâc in parte, ut aliis ferè pleriſque, ſequitur,) Stylus docet, v. Gaillius *1. Obſ. XCII. n. 9.* Roding. *lib. III. Pandect. Camer. Tit. XIV. §. 6.* Mev. *d. P. 6. Dec. 302.* & Ordinat. Trib. Wiſm. *P. 2. Tit. XXVII. §. 2.* Utcunque etiam recipiantur Teſtes, & Commiſſiones hæ ea propter petantur, ne memoria intercidat, vel ipſi Teſtes moriantur, pro Commiſſione tamen ejusmodi ad conficiendum inventarium & accipiendum juramentum manifeſtationis fruſtrà ſupplicatum fuit ap. Blum. *in Supplic. Cameral. Tit. XIV. N. 12. 13. 14. & 15.* Deinde pro examine ad perpetuam rei memoriam, quod rogat Actor, non debent exhiberi interrogatoria pro explorandâ ſcientiâ Teſtium, ſed articuli probatoriales ad exquirendam veritatem; niſi quod illa aliquando, præſertim in ſummariſſimo poſſeſſorio, praxis admittat, nimirum quando ea Judex ad veritatem ſufficientia & congrua deprehen-

****** Quemadmodum & juris regula, quod ante litis conteſtationem non ſit ad examen teſtium procedendum, fallit in proceſſu inquiſitorio, item in Proceſſu matrimoniali contrà contumaces, nec minus quoties proceditur de plano ac ſine ſtrepitu & figura judicii, ut in cauſis decimarum, electionum, uſurarum. Textor. *ad* R. A. *de anno* 1654. *Diſſ. IV. th. 57.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0052-4

prehenderit, Mevius *6. Dec. CCCIII. n. 3.* Cæterum quibus in cauſis nec ne? num in criminalibus, an in cauſa fractæ pacis, Terminorum & limitum inſpectione, an in cauſis matrimonialibus, itemque devolutionis, executionis, num in cauſis ſummariis & aliis, in ſpecie verò num in eâ quæ ad Auſtregas pertinet, (id quod affirmandum, Mynſ. *1. Obſ. XVIII.* Gail. *1. Obſ. XCIII. n. 2.*) & quando ex continentia cauſæ commiſſarii ad perpetuam memoriam locum inveniant, item quæ inter Actorem & Reum, petitionem Judicialem & Extrajudicialem ſit differentia, præter ſuperius jam hinc indè tradita, conſuli poteſt Rulandus *P. II. de Commiſſ. lib. I. cap. II. III. IV. & V.* ac *cap. XXII. n. 4. & 5.* Roding. *lib. III. Pandect. Tit. XIV. §. 8. & ſeqq.* Blum. *Tit. LXXIII. n. 35. & 51. ſeqq.* Mevius *4. Dec. CCXXXVIII. & 6. Dec. CCCII.* Gail. *1. Obſ. XCII. n. 13.* Prout inſuper modò allegatus Rulandus *d. cap. V. n. 5.* & Blum. *d. Tit. n. 36.* ſpeciatim præ cæteris docent, quæ in petitione pro Commiſſario ad perpetuam memoriam obſervanda ſunt. Supplicationum formulas ſuppeditat idem Blum. *in Supplicat. Cam. Tit. XIV. Num. 1. 2. 3.* * *4. 5. & 6.* nec non Gylmannus *Tom. I. Symphor. Tit. de Supplic. p. II. tit. IX. Supplic. 1. 2. 3. 5. 6. item 12. & 15.* ** Literas Commiſſionis ad perpetuam memoriam in celebri quâdam cauſa ratione pertinentium quorundam ad Comitatum Reinſteinenſem &c. de quo in Inſtrumento Pac. *art. 13, verſ. Octavô Ducibus:* Et deductiones binas jurium non modò Brandenburgicorum ſed & Brunſvicenſium videre licet ap. D. Fritſch. *in Adnotam. ad d. art. Inſtrum. Pac. pag. 550. & ſeqq.* infrà in Adjunctis cum veniâ Magnifici Dn. Lynckeri, qui ipſe fuit Commiſſarius Imperialis, nobisque eas benevolè communicavit, ſublit. D. exhibemus.



* Ad quam in Conſilio anno 1661. d. 21. Februarii decretum ibid: legitur: Noch zur Zeit abgeſchlagen/ ſondern wofern ſupplicant, daß der zum Commiſſario vorgeſchlagene Doctor B. ſupplicantens Principalen/ neque jurejurando, neque ſubjectionis aliove conjunctionis nexu verbunden ſey/ anzeugen/ förmliche Artickel übergeben/ auch der Zeugen Alter melden wird/ ſoll ferner darauf ergehen/ was Recht iſt. Ex quibus potiora ſupplicationis ad perpetuam memoriam requiſita facilè obſervari queunt.

** In hac poſtrema in c. der Ritterſchafft Bergen contra die Ritterſchafft

§. XIIX. Quod ſi Commiſſariorum in univerſum Imperialium legitimo tempore & modo imploratio eorundemque nominatio facta fuerit, Pars adverſa exceptiones ut adverſus ipſas Commiſſiones * ita & perſonas Commiſſariorum proferre poteſt: Hos enim legalibus ex cauſis ſuſpectos recuſari poſſe jam in § 11. tradidimus. Add. Ruland. *P. I lib. II. cap. XV. n. 1. & 9.* Imò & contra Commiſſarium ex officio datum exceptioni locus eſt, Ruland. *d. lib. II cap. 28. lit. g.* Mev. *3. Dec. CCXLIV. n. 14.* Nec recuſatio Commiſſarii ut ſuſpecti in ſe ſine acceſſione alterius injuriæ pœnâ digna eſt, Mev. *1. Dec. LI.* modò cauſæ ſuſpicionis fuerint relevantes, quæ non tantum allegari, ſed & probari debent, Ruland. *P. I. lib. II. cap. XVII. lit. b.* Temerè enim ſi quis ſuſpicionem moverit, punitur. Idem *d. l. cap. XV. n 6.* Blum. *Chil. Sent. Cam. Num. 933. in fin.* Jung Mev. *P. I. Dec. I. n 11. & 12.* Juramentum tamen ſæpè probationis loco admittitur, v. Pacian. *lib. II. de Probat. cap. XLV. n. 69.* Ruland. *d. l.* Zanger. *de Except. cap. 4. n. 1.* adeoque in univerſum Commiſſarium coram committente ejorare licet, Feltman. *de Juram. Perhorreſc. 6. 211.* Excipiendum autem contrà Commiſſarios in ſcripto *arg. l. apertiſſimi C. de Judic.* & in Camerâ quidem coram Deputatis, Sprengerus *Jprud. Publ. lib. I cap. XIV. p. m 71.* intrà terminum legitimum per Ordin. Cam. *P. III. Tit. XVI. §.* und ſo derhalben *cum §. præced. ibid.* Blum. *in Proceſſ. Camer. Tit. LXXIII. n. 26* junct. *Chil. Sent. Num. 283 & 933.* Si contrà Commiſſarios ad perpetuam memoriam adverſarius excipere velit,

qua-

und Graffſchafft von der Marck Commisſio ad perpetuam memoriam in meliori & optima forma ad tranſſumenda inſtrumenta non modò petita ſed & ob bellorum periculum obtenta eſt, qualis alias regulariter ad futuram memoriam non decernitur, Gail. 1. *Obſ. XCIV. n. 1.* Roding. *d. l.* § 16. Ruland. *d. cap. IV. n.* 11. & *ſeqq.*

* Quæ ex ſtylo Camerali alterâ parte inauditâ, atque ita ſine aliquo proceſſu prævio, decerni non debent. Mev. *p. 8 Dec. CXV. n. 2.* niſi etiam timenda ſit ejus potentia, contra quem v. c. Teſtes producuntur. Farinac. *Tit. VII. qu. 72 c. 1. n 2. & 36.* aut in mora fuerit periculum, *n. eod.* & Gail. I. *Obſ. CII. n. 3. ſeqq. & Obſ. ſeq.* item Ayrer *p. I cap. VI Obſ. 7.* Alias enim melius ab initio providetur, *p. l. ult. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit.* Magnif. Dn. Lyncker. *de Grav. Extrajud. cap. III. p. II ſect. 1. Membr. 1.*

quatuordecim tantum dies, aut quatuor ad ſummum ſeptimanæ conceſſæ ſunt; ut tamen pro ratione circumſtantiarum tempus hoc à Judice ampliari poſſit, v. C. G. O. *P. III. Tit. XXXVIII. & XXXIX.* Elapſo termino Pars ulteriùs non auditur; prout & ultrà Replicas non proceditur in puncto exceptionis, C. G. O. *d. Tit XVI.* §. dagegen der ander Theil. Contumax tàm cadit beneficio præſentandi Adjunctum, ** Roding. *lib. III. Pandect. Camer. Tit. XIV.* §. 23. quàm excipiendi contrâ Commiſſarium, ſicque denominatus deputatur ex officio. Ruland. *P. I. d. Commiſſ. l. II. cap. XIII. n. 8. 10. & ſeqq.* aliàs non facilè, Blum. *in Proc. Cam. d. l. n. 28.* Ruland. *d. l. cap. XIX. n 15.* Gailius *1. Obſ. XCVI. n. 1.* quin potius nominati *** confirmantur Parte alterâ non contradicente.

§. XIX.

§. 19. *n.* 16. utcunque in Tribunali Regio Wiſmarienſi, ubi petitur Commiſſio, non opus ſit, ut Pars altera audiatur, teſte Mevio, *p. 2. Dec.* 164. *& 3. Dec.* 203. item D. Cochio, Aſſeſſore Tribun. Reg. Wiſm. *p. IV. Prax. For. German. cap. XIX.* §. 1. Quæ porrò contra Commiſſiones ipſas excipi poſſunt, recenſet Gylhaus. *cap. VI. Art. Judic p. II. art.* 2. §. 1. *n.* 26.

** Quem in Commiſſione Cameræ planè neceſſarium eſſe videri poſſet per tradita Rulandi *P.* 1. *l. IV. c.* 14. *n.* 4. ſed quod ſaltim in ſenſu conditionali hoc verum ſit, docet Dn. Textor, *Diſſ. IV. ad* R. A. *de anno* 1654. *ib.* 64. Quid verò ſi idem proceſſus plures concernat, & unus tantum inter illos Adjunctum deſideret? non ea deneganda eſt, Mev. *V. Dec. CXXVIII.* modo maturè id fiat, i. e. ante actum expediendæ Commiſſionis. Mevius *p.* 3. *Dec.* 110. Imò Adjunctus zu zeugen verhör admittendus eſt, licet de eo nihil in Commiſſione; Rulandus *p.* 1. *Formul. lib. III. Form. 6. pag.* 34. In Judicio Rotwilenſi quamvis ex Reformatione Maximiliani II. duo debeant eſſe (ut ſupra diximus) jurati Commiſſarii regulariter, iis tamen utraque pars Notarium adjungere non prohibetur Zimmern/ *P. I. Manual. Rotwil. Quodlibet. IX. in princ. pag.* 56.

*** Niſi notoriè fuerint inepti: Nam in Commiſſionibus Judex quà perſonas cumprimis ſequi debet Partium voluntatem atque petitionem, Mevius *3. Dec.* 244. Sunt tamen præter dictum alii caſus, in quibus Judex ex officio dat Commiſſarios, de quibus Rulandus *p.* 1. *lib. II. c. XXVIII. n.* 2. *& ſeq.* & tum is meritò præfert eos, quos munus publicum in Judiciis præ cæteris eximios fecit, cum hi fide & peritia præeminere videantur, Mev. *d. Dec.* 244.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0055-0

§. XIX. Ordinantur Commiſſarii vel plures vel ſinguli, & illi vel cum Cl. insgeſamt / vel cum eâ: Samt und ſonders.* Omnes in Camerâ in formâ vel communi vel pleniori, hâcque meliori aut optimâ. Ad illam Teſtium receptio, examinatio & ocularis inſpectio, ** ad hanc tantum Tranſumptio inſtrumentorum, *** ad ultimam verò ſpeciem & teſtium receptio, eorundem examinatio & tranſumptio inſtrumentorum cum pleniori quâdam poteſtate, eâque in rem præſentem eundi, refertur. Quanquam ſubdiviſionem excepto Blumio *in Proceß. Cam. Tit. LXXIII. n. 44. ſeqq.* plerique alii non magnoperè attendant. Interim de differentiâ communis & melioris aut optimæ formæ, & an Commiſſio ad documenta aliquando ſit in communi formâ? præter Blum. *d. l. n. 42. ſeqq.* vid. Roding. *lib. III. Pandect. Cam. tit. XIV.* §. *10. ſeqq.* D. Coch. *lib. III. Prax. For. German. tit. XIX.* §. *3.* Ruland. *p. 2. d. Commiſſ. lib. V. cap. XXIII. per tot.* Formulæ Commiſſionum in communi & optimâ formâ extant ap. Lier. *in Formul. Cancell. Camer. pag. 38. & ſeqq.*

§. XX. Illud generaliter verum eſt, quod Commiſſio quaſi extraordinarium ſit munus publicum, quod quis invitus tenetur ſuſcipere ac perficere. Mev, *5. Dec. 399.* Undè non minus Commiſſarium vi Auſtregarum eximiè legalem, ſeu Principem à Partibus Principibus Imperii rogatum juxta der C. G. O. *p. II. tit. 2.* §. *2.* verba: auch derſelbe anzunehmen und zuvollführen ſchuldig ſeyn ſolle als Keyſerl. Commiſſarius &c. quàm omnes cæteros ſive in Aulâ ſive in Camerâ impetratos & conſtitutos Commiſſionem oblatam acceptare fas eſt, id quod de his argumentis confirmat Rulandus *p. I. lib. II. cap. XXV. n. 6. & ſeqq.* adeò, ut renuentes compelli poſſint: niſi juſtæ excuſatio- nis

* De cujus CL effectu, aut quid opertur, Notat. ap. Roding. *in Pand. Cam. lib. III. Tit. XIV.* Rulandus *p. 1. lib. III. cap. IV. n. 4. aliiq.*

** Sic & in Judicio Cæſareo-Aulico Commiſſiones in communi forma decernuntur, quando teſtium receptio committitur, & inſpectio ocularis, Gaſtelius *in Spec. Jur. pag. 79. n. 4.* Nec non in Camera decretas Commiſſiones in communi forma, ſed tamen cum Cl. den Augenſchein einzunehmen exhibet Formular. Rulandi *p. 1. cap. 1. Formul. II. & VI.*

*** Gylman. *in Præjud. pag. 82.* Quanquam enim regulariter originalia documentorum in judicio exhibenda ſint, multis tamen caſibus jus commune & ſtylus Commiſſiones in meliori forma ad-

nis *cauſas in Camerâ Imperiali proponant: Ubi ſi exceptiones ſufficientes aut minus fuerint, quomodo interlocutio ** fieri ſoleat, tradit Gylhauſen *cap. VI. Arb. Judic. Civ. p. II. art. II.* §. *1. n. 29.* Quod ſi v. Commiſſarius vi Auſtregarum Commiſſionem ſuſcipere detrectet, quid tunc obtineat? v. Textor. *Diſp. III. ad* R. A. *de anno 1654. th. 40.* item Ziegler. *in Concluſ. ad Prax. Calvol.* §. *Auſtregæ, Concluſ. I. n. 27.*

§. XXI. Hactenus de Commiſſariis Imperialibus conſtituendis; Nunc de conſtitutis eorumque officio & poteſtate paucis agamus; rationem aut modum procedendi (quandoquidem non de Commiſſionibus ſed Commiſſariis ſcribimus,) non niſi leviter attingentes. Et quidem circa Camerales tantò brevioribus nobis eſſe licebit, quò operoſior eſt in illis Rulandus, in nunquam ſatis laudato Tractatu de Commiſſariis & Commiſſionibus Cameræ Imperialis. De ſubdelegandi poteſtate (quam non ſine manifeſtâ cauſâ primo expendere loco placet,) multis non conſtat, dum quando; Num Commiſſarii Imperiales ſubdelegare poſſint? quæſitum eſt,

G manda-

mittit, præprimis ſi edantur libri Cenſuales & feudales, Saal- und Lehenbücher/) documenta ex Archivo publico; aut ſi in privatorum inſtrumentorum transmiſſione periculum ſubſit, v. Dn. Textor *Diſput. IV. ad* R. A. *de anno 1654. theſ. 54. & ſeq.* & Gilhauſ. *cap. VI. Arbor. Judic. P. II. art. II.* §. *9. per integr.* ubi & poſt exactam diviſionem documentorum officium tàm Judicis quam Commiſſariorum circa editionem & transſumptionem *n. 113. ſeqq.* exequitur. Commiſſio autem ad recognoſcendum inſtrumenta nec decernenda eſt, quando Pars adverſa fatetur quidem aut concedit illorum contenta, ſed aliâ exceptione utitur. Mev. 4 *Dec. 64.*

* De excuſationibus Commiſſariorum, (quæ vel urbanitatis vel neceſſitatis, aut etiam, cumprimis in Commiſſionibus ad exequendum, odii ſæpè avertendi cauſa fiunt,) ut & quomodo iidem nullis propoſitis exceptionibus Mandatis pœnalibus, vel illis in ſufficientibus repertis, per Decreta, quibus pœna inſerta eſt, urgeantur, nec non de acceptatione Commiſſionum, præ cæteris agit Rulandus, *p. 1. d. Commiſſ. lib. II. cap. XXVI. XXVII. & P. I. lib. III. cap. 1. item* Gylhauſen. *cap. VI. Arb. Jud. Civ. p. II. art. II.* §. *1. n. 29. cum ſeq. &* § *2. n. 1.*

** In Sachen N. contra N. iſt der verordnete Commiſſarius aus fürbrachten Urſachen der Commiſſion erlaſſen/ und erkant/ daß Doctor N. andere zu Commiſſarien ernennen ſoll. Vel: Iſt erkennet/ daß die deputirte Commiſſarien/ unverhindert ihrer vorbrachten Entſchul-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0057-1

mandata Juriſdictio Dd. tot fluctibus implicuit: quosquidem ſi ad vetera jura quæſtionem expenderimus, evitate licebit. Aut enim delegata Commiſſariorum eadem iis erit ac mandata Juriſdictio, & tum in genere nullus, adeoque ne Imperatoris quidem Commiſſarius aut delegatus ſubdelegare poteſt, per *l. 5. ff. de Jurisd.* Frantzkius *in Commentar. ad h. t. n. 38 ſeq.* Aut verò per ſubdelegationem intelligunt Commiſſionem ſolius cauſæ ſeu litis, quod cum nihil aliud ſit quàm Judicem dare, illudque omnis, etiam vicariæ, quam exercet Mandatarius, poteſtatis ſit, *l. 12 ff. de Judic.* omninò Commiſſarius Imperatoris ſubdelegabit. Frantzkius *d. l.* Idemque in Delegato à Statibus Imperii cum Schradero *p. X. de Feud. Sect. 4. n. 43.* efferas oportet. Hos enim cùm ad Magiſtratus veteres referrent plerique, Delegatum à ſummo tantum Principe ſubdelegare poſſe aſſertum eſt, quo quidem nihil magis eſt falſum. * Enimverò res omnis ex uſu magis & obſervantiâ Imperii, quam ex legibus Juſtinianeis, dijudicanda venit. Videlicet, quando ab Imperatore (qui etiam in Camerâ delegat; niſi quod hæc non ad totam cauſam delegatos judices, Herman. Vultej. *de Judic. l. 1. cap. IV. n. 58.* ſed ad unum alterumve actum Commiſſarios conſtituere poſſit,) Commiſſarii Imperiales decernuntur ſingulæ perſonæ, quæ ſunt inſtructæ Magiſtratibus, Conſiliariis & Miniſtris, per quos Commiſſio peragi queat, ut ſunt Electores, Principes & Comites Impe-



digung / dem Kayſerl. Befehl ihnen gethan nachzukommen ſchuldig ſeyen; darauf Doct. N. auf dieſelbe Commiſſarien / darinnen ihnen bey einer Geld-Pön geboten und ferner befohlen wird / inhalt der petition, auch zu ſolchen die gebetene Zeit N. Monat zugelaſſen.

* Videmus enim Principes Imperii quoque (idem obtinet in Regimine Principis aut Comitis nomine Eorundem), vi Superioritatis territorialis Commiſſarios conſtituere tam Temporales, (ut negocium committatur aut Corpori cuidam, puta Civitati, item Collegio, & tunc ob rationem *l. 1. §. 1. ff. quod Univ. nom.* delegantes id agere videntur, ut collegium ſeu corpus commiſſum ſubdelegare poſſit; illudque nonnunquam in literis Commiſſionalibus exprimitur verbis: durch etliche eures Mittels. Aut ſingulis; quâ ratione ſi delegatus Commiſſarius Magiſtratibus aut Miniſtris idoneis inſtructus ſit, v. c. Nobilis aut Comes Landſaſſius, tunc quidem regulariter ſubdelegare poterit; aliquando verò non item, veluti ſi induſtriam illius Delegans ſpecialiter reſpexerit.)

rii &c. tunc in his ob dignitatem eorum id actum videtur, ut illud quod ipſis delegatum eſt, ſubdelegare poſſint, ** ſive ſint Commiſſarii von Hoff aus; (& ſive cum voto, ſive ſine voto,) ſive ſint Commiſſarii Auſtregarum. *** Unde & plerumque

 in ho-

quàm perpetuos ſeu ordinarios; qui tamen hoc ipſo, quod tales ſunt,(ut ſupra §. 1. diximus,) delegatam Jurisdictionem non habent. Interim autem ſive deputati ſint ad unam ſpeciem; ſive ad univerſitatem cauſarum, ſanè hi ordinarii (quanquam etiam temporales ſeu extraordinarii ad univerſitatem cauſarum deputari quandoque ſoleant: quale quid in pedaneum Judicem cadere non poterat) utut non ad univerſitatem cauſarum, ad unum ſaltim earum articulum interdum ſubdelegant: quales tamen ſubdelegatos rectius delegatos dixeris, cum ipſi delegantes potius pro Magiſtratibus ordinariis, ſaltim quoad effectum impertiendæ jurisdictionis, habendi ſint. De ſubdelegatione Commiſſarii à Magiſtratu propriè & formaliter dicto conſtituti fruſtra quæritur: Nam Magiſtratus, qui in perſonâ ſingulari conſiſtit, totam cauſam litemve expediendam ne quidem delegare poteſt, quia induſtria perſonæ & individui electa eſt. *l. 12. §. 1. l. 14. ff. d. precar.* iſi nin caſu ſummæ neceſſitatis, conf. Lauterb. *p. 1. diſſ. J. C. & Wurtenb. 7.* Et quamvis actus & articulos certos proceſſus, ut teſtium examen, calculum rationum, aliis maximè perſonis & Officialibus, qui fide publicâ nituntur, delegare poſſit, hos tamen ſubdelegare non poſſe indubium eſt. Prout nec ſubdelegare poteſt Commiſſarius ejus Magiſtratus, qui in corpore vel collegio conſiſtit, & ne quidem notionem alii committere, Rosbach. *Tit. V. Proceſſ. n. 3. ſeqq. n. 23. ſeqq.*

** Facit huc *lex 5. C. d Judic. c. 11. c. 27. §. ſi vero. c. ult. X. de offic. & pot. Jud. deleg.* add. Gailius. 1. *Obſ. XCVII. n* 8. *ſeqq.* Hilliger. *in Donell. lib. XVII. cap.* 8. *lit.* M. Vultejus *lib. I. de Judic. cap. IV. n.* 63. Nicol. Calvol. *in Concluſ. Pract.* § *Judex delegatur. II. Concl. 1. n. 11. 14. & Concl. 2. n. 1 ſeqq.* Exempla ſubdelegationis ut paſſim ſunt obvia, ita documentum ejus hunc ferè in modum concipi ſolet: Wir N. N. entbieten denen Hochgelehrten Unſren lieben getreuen Unſere Gnad / und fügen Euch darneben zu wiſſen / was maſſen die Röm. Käyſ. Majeſtät (repetitur Commiſſio,) Wann Wir dann uns ſchuldig erkennen / ſolche Commiſſion gehorſamſt zu übernehmen / aber deren in Perſon abzuwarten (ob cauſam) nicht vermögen: Als haben Wir Euch zu unſren ſubdelegirten Commiſſarien gnädigſt beſtimmet und verordnet / thun auch ſolches hiemit alſo und dergeſtalt / daß Ihr ꝛc. (juxta tenorem Commiſſionis;) auch Uns davon umſtändliche Relation gehorſamſt zufertiget / und höchſtgedachter Ihrer Kayſerlicher Majeſtät Commiſſion gemäß iſt.

*** Prout & in cauſâ ſupra §. XIII. Diſſert; allegatâ inter Electores

in horum inſtrumentis Commiſſionum vel hæc Cl. continetur: vor dir und deiner Liebd. Räthe/ ut factum in Commiſſione Trevirenſi mandatâ, in causâ Haller contra Leipzig/ referente Rutg. Rulando *P. 1. lib. III. cap. V. n. 21.* vel hæc: Selbſten oder durch Subdelegirte / imò additur aliquando unicè, vermittelſt Subdelegirten. vid. Commiſſionis liter. infrà in Adjunctis ſub lit. A. & B. circa fin. Et hinc Commiſſarii hi luculenter â Mandatariis differunt, quippe qui, (ut jam in hâc ipsâ theſi diximus) Judicem qvidem dare, ſed jurisdictionem mandare non poſſunt. Quod ſi verô illæ perſonæ non ſint inſtructæ Magiſtratibus, ſubdelegare non poſſunt ut privati. Nec enim, cum fides & peritia illorum ac ſingularis induſtria electa ſit, ut alienâ agant, intentioni committentis congruit. v. Gail. *d. Obſ. XCVII. n. 2. ſeqq.* Ummius *Diſp. I. Proceſſ. n. 43.* Add. Menoch. *lib. III. Præſumpt. XXI.* ubi quando Delegati induſtria electa cenſeri debeat, exponit. Si Commiſſio tradatur Univerſitati, ob naturam hujus id intendi cenſetur, ut, ſive Civitas Imperialis, ſive corpus Nobilium, Ganerbii aut alia quædam inferior eâ fuerit, ſubdelegare liceat ideò, quo negocium expediri poſſit. *arg. t. t. quod cuj. Univ. nomine.* Quare Commiſſio ita decerni in Camerâ ſolet: Seind Bürgermeiſter und Rath der Stadt N. ſambt und ſonderlich zu Commiſſarien hiemit verordnet/ dergeſtalt/daß ſie ſelbſt/oder durch etliche aus ihrem Mittel geſchickte/darzu Verordnete/fleißig und getreulich Beweiſung von beyden Partheyen einnehmen. Ruland. *d. l. n. 25.* Imò Senatus qui Commiſſio delegatur ſamt und ſonders / ſolet delegare Syndico & aliquibus ihres Mittels: qui ubi Teſtes plurimi examinandi ſunt, aut peſtis ingruit, aliquot Notarios juratos iterum ſubdelegare poſſunt. Exemplum ap. Rulandum *P. I. Formular. lib. II. Formul. VI.* Et licet contrà ſubdelegationem ſubdelegationis dubia moveantur, ad obſervantiam tamen ſeu praxin in Camerâ approbatam provocatur. Idem *d. l. Form. XII. & XIII.*

§ XXII.

Moguntinum atque Palatinum, ab hoc non tam ſubdelegatio Commiſſarii vi Ordinationis electi impugnata, quàm in Magiſtri Ordinis Teutonici ſubdelegatis paritas religionis obſervanda deſiderata fuit. vid. gründliche Ablelnung ꝛc. ap. Dn Fritſch. *Tom. III Add. ad Limn. Lib. IX. Jur. Publ. cap. V. n. 76 pag. 406. ſeq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0060-8

§. XXII. Commiſſionem Imperialem ſive delegatam, ſive ſubdelegatam, ſuſcipienti quid incumbat ac liceat, ex Commiſſionis normâ petendum eſt. Eſt enim Commiſſio regula poteſtatis quà Commiſſarium, *Mev. p. I. Dec. 251. n. 2.* Et ſtrictiſſimi juris eſt. Idem I. *Dec. 58. n. 5. p. 5. Dec. 310. n. 2.* Ante omnia verò Commiſſarius vi Ordinationis Partes litigantes in quampiam ſuarum Civitatum, ubi adhibitis ſuis Conſiliariis cauſa ſecundum jura diſceptanda eſt, ad certum diem comparitioni congruum (v. Blum. *Tit. XXVII. Proceſs. Cam. n. 108.*) & quidem intrà menſem â die implorationis, aut pro diverſitate caſus delatæ Commiſſionis ab Aulâ (v. Blum. *d. l. n. 71. & 119.*) citare debet. v. Conc. der C. G. O. *p. 2. Tit. 2. §. in fin. 2.* quorſum ſe refert P. 2. Tit. 4. §. 7. uti ad hunc ipſum §. 7. tàm §. 9. ejusdem Tituli in verb. laut obgemeldter Ordnung/ quam ejusdem p. II. *Tit. III.* remittit. Ut adeò ab omnibus Commiſſariis Ordinationis unus idemque modus procedendi obſervandus ſit, v. Blum. *d. Tit. n. 73. 118. 121. 128.* Et explicationem uberiorem ap. DN. Textor. *Diſp.* III. *ad* R. A. *de anno 1654. theſ. 63. usq. 68.* Pariter Commiſſarius von Hoff aus proprie talis, ut & Cameralis, horumque ſubdelegati, Partes, ut & Teſtes, qui examinandi ſunt, nec non artifices, ſi his opus ſit, prævia Commiſſionis notificatione * citare debet, idque in eum locum aut

G 3 civita-

* Ut citatus intelligere poſſit, citantem Commiſſarium eſſe, *arg. c. 31. X. d. offic. deleg. c. 2. d. dilat.* Neque enim Commiſſio, cum facti ſit, præſumitur, Menoch. 2. *Præſumpt. XV.* junct. Merckelbachio inter Conſil. Klockii *Vol.* 1. *Conſ. XXXVII. n. 37. ſeq.* ſed de eâ Commiſſarius docere debet. Fabritius ad Mynſing. 3 *Obſ.* 1. Unde quæſitum, utrum ipſa Commiſſio unâ cum citatione transmittenda ſit, an vero ſufficiat ejus copiam citationi inſerere? Sunt qui exiſtimant ſufficere, ſi citans aſſerat ſe Commiſſarium eſſe, præprimis ſi is in magna dignitate ſit conſtitutus; Verior tamen ea Dd. eſt ſententia, quâ non quidem Commiſſionem ipſam transmittendam, ſed totum tamen illius tenorem citationi inſerendum eſſe aſſeritur, cum citatus comparere non teneatur, quoties de Commiſſione edoctus non eſt; niſi quod Copiam Commiſſionis Teſtibus transmittere neceſſe non ſit. v. Gail. 1. *Obſ. XLVIII. n. 17. & 19.* Ruland. *P. 1. de Commiſſ. lib. V. cap. III. n. 7. & 8. & P. I. lib. IV. cap VII. n.* 10. Mynſ. 3. *Obſ.* 1. *ibique Fabrit.* Subdelegationis quoque notificatio unà cum delegatione à Subdelegatis in ſua citatione hunc fere in modum fieri ſolet: Des Durchlauchtigſten Fürſten und

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0061-4

civitatem, ubi peragenda eſt Commiſſio. ** vid. Rutg. Ruland. *p. I. de Commiſs. lib. V. cap.* III. *lib. IV. cap.* VIII. *n.* 18. *& cap.* VII. *n.* 10. Literis mutui compaſſus Commiſſarius Imperialis non indiget, modò citandus S. R. Imperii Jurisdictioni fuerit ſubjectus, Idem *lib. I. cap. IV. n.* 6. *& lib. V. cap. III. n.* 25. *& ſeq.* veluti non modò immediatè ſed & mediate Imperio ſubjectos examinare poteſt. Reinking *lib. I. de R. S. & Eccleſ. Claſſ. V. cap.* VII. *n.* 51. Clericus tamen per indultum citandus eſt, Ruland. *d. lib. V. cap.* IV. *n.* 2. Jung. Gylman. *in præjud. p.* 82. Imò de mediatè Imperio ſubjectis â Commiſſario citandis, conf. Blum. *Tit.* LXXIII. *n.* 20. Gail. I. *Obſ.* LVI. *&* I. *Obſ.* 98. *n.* 2. Quid ſi Teſtes examinandi habeant privilegium de non evocando? vid. Mev. 3. *Dec.* 151. Et num Senatus Wormatienſis potuerit impedire citationem Commiſſarii Cæſarei quà Judæos, quaſi contrà privilegium ſuum? Klockius I. *Conſil.* 25. De Subditis verò Regis Bohemiæ, an absque ſubſidialibus literis evocari queant? Goldaſtus *in Comm. de Bohemiâ lib.* IV. *cap.* 13. *n.* 29. *fol.* 536. An & quando Commiſſarius per Edictum quem citare poſſit? de eo Rulandus *lib. V. cap. III. lit. G.* Et Ummius *Diſp. V. ad Proceſs. n.* 22. Quod ſi quis ad eundem diem â Commiſſario Imperiali & ab alio Judice citatus fuerit? coràm illo ut compareat fortior militat ratio. A Commiſſario ad examinandum Teſtes dato Pars tàm producens quàm adverſa citatur, ad videndum recipi & jurare Teſtes; & quemadmodum ille cum articulis deſignationem Teſtium atque directorium jam exhibuerit neceſſe eſt, ita parti productæ articuli cum citatione transmittendi ſunt, quo interrogatoria, ſi velit, exhibere queat. Klockius *Relat. CLXVII. n.* 24. Præſentes aliquando non citantur. v. Rul. *p. I. lib. II. de Commiſſar. cap. V.* Partes tamen præſentes quamvis non ad effectum comparitionis, ad effe-

Herrn Tot. Tit. als von der Röm. Kåyſerl. Majeſtåt zu dieſer Sach inſonderheit deputati Commiſſarii, Unſers gnådigſten Fürſten und Herrn/ ſubdelegirte Commiſſarii entbieten Euch ꝛc. (repetitur Commiſſio ſummariè) inmaſſen Euch ſelbe una cum ſubdelegatione in Termino der Gebühr edirt/ und originaliter vorgebracht werden ſol/ zuförderſt aber hiemit in Beiſchluß abſchrifftlich zugeſandt wird.

** Quæ tamen Civitas tuta nec ſuſpecta eſſe debet, aliàs adverſus eam excipitur. Interim ut illa Commiſſionem permittat, cogi poteſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0062-9

effectum tamen deliberationis citari debent, v. Illuſtris Dn. Struv. *Exerc. V. S. J. C. th. X.* Confer tamen Klockium *Relat. Cameral. CXXI. n. 14.* Mev. P.V. *Dec. 140.* Uni conſortium facta citatio alios non obligat, Ant. Faber *lib. II. Cod. Sabaud. Tit. II. def. 8.* Quod ſi ad ocularem inſpectionem quid decretum ſit, v. c. auff den Augenſchein aggerum, ædificiorum, limitum &c. nullum eſſe cenſetur, niſi ad eam à Commiſſario Partes citatæ fuiſſent. Tuſch. *voc. Viſitatio, Concl. 217.* & Covarruvias II. *Reſol. c. XIII. n. 5.* Sed & in limitibus & lapidibus inſpiciendis, in Beſichtigung und Erhebung der Marckſtein/ non modò Partes, ſed & agrimenſores, qui vulgò Landſcheider vel Umgänger aut Untergänger dicuntur, citari debent, dum ſententia, quæ agrimenſuram per Commiſſarios non citatâ aut ultrò præſente Parte, factam inſequitur, nulla eſt, ex eo, quod nullitas iſta merita cauſæ afficiat, juxta Ruland. *p. I. lib. IV. c. 20. n. 13.* Nec tamen ad omnem inſpectionem Pars requiritur, quid enim ſi illa tantùm ad informandum Judicem commiſſa fuiſſet? ut eſt inſpectio carceris ſqualidi & atrocis? Gail. *I. Obſ. XXVI. n. 9. ſeqq.* In Commiſſione ad perpetuam memoriam adverſæ Partis non minus requiritur citatio ad videndum jurare Teſtes, &, ſi velit, exhibendum interrogatoria. Maſcard. *Concl. 1366. n. 3.* Gail. *I. Obſ. XCIV. n. 4.* Mev. *6. Dec. 303. n. 2.* D. Coch. *p. IV. Prax. For. German. cap. XIX. §. 2.* niſi periculum in morâ ſit, antequàm citatus comparere poſſit, v. Schraderus *de Feud. p. IX. ſect. 13. n. 113.* Hæc ſi facta fuerit, juxta Gail. *d. l. n. 3. & 5.* hunc habet effectum, ut etiam poſt annum examen ab Actore (in Reo temporis annui obſervatio planè ceſſat,) produci poſſit, quia tùm non adeſt prohibitionis ratio. Enimverò recedit ab hoc Textor *Diſſ. IV. ad* R. A. *de anno 1654. th. LIX.*

§. XXIII. Planè Commiſſio Partibus comparentibus aperitur, præmonſtrato ejusdem & à Subdelegatis ſubdelegationis documento in originali, v. Rulandus *p. I. lib. V. cap. II. cumprimis n. 16.* Partes verò (ſin nihil contrà id excipiatur,) gratias

Rulandus *P. 1. lib. II. c. XXVII lit. B.* Cæterum de ſalvo conductu atque ſecuritate Commiſſariis Cæſareis ad locum & in loco Commiſſionis debita, optimè agit Bechtius *de ſecuritate & ſalvo Conductu, Cap. V. Claſſ. II. n.* 193. *& ſeq.* ubi & *n.* 95, quibus pœnis Commiſſarios violantes ſe obnoxios faciant, deducit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0063-5

tias agunt, & deſideria ſua exponunt, non ſecus, ac coram ordinario Judice. Quô in Commiſſione proceditur. Sanè ſi per Procuratorem Pars compareat, ante omnia de legitimatione ejus quæritur, qui exhibet deinde Procuratorium, id quod â Commiſſario ſedente, ſeu ejus Scribâ legitur, eoque lecto Parti recognoſcendum, & ſi plenius legere deſideret, examinandum traditur, Gilhauſen *in Arb. Jud. Civ. cap. VI. p. II. art. II. §. 4. n. 2.* Ne tamen actus Commiſſionis novo Mandato conficiendus ſuſpendatur, Commiſſarii plerumque Procuratorem admittunt ſub hâc conditione, ut ſtipulatâ manu, ſe adhuc durante actu plenius Mandatum ſeu Procuratorium productum eſſe, promittat. Ita factum in C. Bentheim contrâ Boley zu Coblentz. Partibus ipſis præſentibus (cum Mandatum ſolo conſenſu conſtet,) Procuratorio non eſt opus: Nec eo adeò indigent perſonæ conjunctæ, imprimis Maritus pro uxore *l. 35. ff. de Procur. l. 12. C. eod.* Adhibe Rulandum *p. I. de Commiſſ. lib. V. cap. VII. n. 4. ſeqq. & d. lib. cap. VIII.* junct. Illuſtr. Dn. Struv. *Exerc. VII. S. J. C. th. 28.* & Bruneman. *ad d. l. 12. & 21. C. de Procur:* Parte citatâ non comparente, in arbitrio Commiſſarii eſt, an contumacem exſpectare, an ſtatim procedere in contumaciam velit, Ruland. *d. lib. V. cap. VII. n. 4. & 5.* Contrà teſtem contumaciter emanentem quousque procedi poſſit, Ruland. *p. I. lib. III. c. X. n. 4. & 5.* & *p. II. lib. II. cap. VII. per tot.* Quoad comparentes etiam ſi Commiſſario non pareant, quomodo hic illos in pœnam citationis condemnet, & quid Camera ulterius ſtatuat, de eo porrò videri poteſt Wurmſer. *lib. I. Tit. XVIII. Obſ. 7.* Gail. I. *Obſ. XCVIII. & I. Obſ. C. n. 12.* Blum. *Tit. LXXIII. Proceſs. Cam. n. 21. ſeqq.* Undè Commiſſarium Imperialem â Camerà, etiam qui Teſtes examinat, mixtum habere imperium, ſatis apparet. vid. Ruland. *lib. III cap. IX. n. 7. & 10.* item *cap. X. n. 3.* nec non *cap. VIII. n. 2.* Nam quoad vim & poteſtatem ab executore & examinatore differt. Idem *d. cap. VIII. n. 2. & p. I. lib. I. cap. II. n. 14. add.* R. A. *de anno 1504. §. III.* * Tantùm ſi alicui nuda examinatio mandata, ſeu ſi quis nudus examinator Teſtium fuerit, jure dicimus

* ibi: Amtswegen alle und jede erkundigte Zeugen / wie recht / mit citirung der intereſſenten / da Sie dieſelben wüſten / abhören / und / wo

mus eum nullam Jurisdictionem habere, Meichſn. *Dec.* 39. *n.* 3. *& ſeq.* Gailius I. *Obſ.* XCVII. *n.* 10. Inſuper Commiſſarius ille quandam notionem habet, & cognoſcit, an interrogatoria ** admittenda ſint nec ne? an Adjunctus *** ſit ſufficiens? an pictor aut alii periti qui adhibendi **** partialis? an Teſtis excuſatio valeat? & ſimilia. De exceptione tamen Teſtis ſuſpecti non cognoſcit, ſed hunc non modum interloqui ſolet: In Sachen Commiſſionis laß ich als geordneter Commiſſarius die gethane proteſtationes und exceptiones auff ihrem Werth beruhen/ iedoch dem Herrn Gegenanwald wider die Zeugen und deren Auſſag an gebührendem Ort und End dieſelbe vorzubringen hiemit im geringſten nichts benommen/ ſondern vorbehalten. vid. Ruland. *lib.* V. *cap.* XI. *lit. a.*

§. XXIV. Scilicet in univerſum Commiſſarius Imperialis tantam poteſtatem habet, quanta illi vel lege vel commiſſione conceſſa eſt, & quousque expediendam Commiſſionem ſufficit, *arg. l. 2. ff. d. Juriſdict.* Quare Commiſſarius, qui ab Aulâ deputatur, ad totius cauſæ cognitionem, (de Commiſſa-



nöthig/ mit ziemlichen Pönen darzu anhalten / darneben Originals-ſchrifftliche Urkunden transſumiren/ und derowegen gebührliche compulſoriales ſolche zu ediren gegen andere erkennen.

** Quæ ne criminoſa ſint, decernit R. A. *de anno* 1654. §. es ſollen aber 54. Novos articulos additionales Commiſſarius ad examinandum datus admittere non debet. Mev. 3. *Dec.* 349. An interrogatoria poſſit reſecare? add. Marta *in Digeſt. Tit. de Commiſſar. cap. VII.*

*** Qui jurare debet, quamvis ſit juratus Notarius, Rulandus *in Formul. pag.* 42. 43. *& ſeqq.* ubi etiam agit de relaxatione ejus von ſeiner Pflicht/ quâ tenetur producenti.

**** Sæpe enim opus eſt, v. Ruland. *P.* 1. *lib. IV. cap.* 1. iisque variis *cap. II.* Quomodo autem decernatur peritorum admiſſio, Idem *cap. III.* & an Commiſſarius eligat? *cap. IV.* quo numero? *cap. VI.* & quomodo Partes ad id citentur? *c. VII.* tradit. In ſpecie contra agrimenſores (qui & juramento adſtringendi ſunt,) â Parte adverſa ſæpè excipitur, quo caſu quid agendum Commiſſario, & quod hujus in lapidum inſpectione, elevatione & repoſitione ſit officium, videri poteſt Gylhauſ. *Arb. Judic. Civ. cap. VI. P. II. art. II.* §. 10. *n.* 17. *usq. ad fin.* Interdum etiam Commiſſarius interpretem adhibet linguam ignorans, Marta *in Digeſt. Tit. de Commiſſar. cap. VI* Mynſ. *Dec.* 9. *Reſp.* 88 *&* 5. *Obſ.* 45.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0065-5

riorum vi Auſtregarum * Jurisdictione anomalâ ſuprà in ἐκδόσει §. I. jam diximus atque præoccupavimus,) habet omnia ad delegatam Jurisdictionem pertinentia, præter ea, quæ ad executionem ſpectant. Hinc quidem ſimilis eſt Judici pedaneo, nam & hic jubere & præcipere poterat, quantùm ad expediendam notionem requirebatur; diſſimilis autem eſt eidem in eo, quod coercitio, quam Delegatus habet, ut & aliquando facultas (quæ tamen per rarò conceditur,) ſententiam ferendi vi Imperii (eò ipſo quod non tantum judicet, ſed & jus dicat, & jurisdictione adeò inſtructus ſit;) ei competat; Judici pedaneo autem modo & ratione longè inferiori, & citrà authoritatem Magiſtratus vel jurisdictionis. Herm. Vultej. *lib. III. de Judic. cap. XIII. p. 602.* cujus traditio, quod nimirum jurisdictio non ita vim exequendi ut coercitionem arguat, v. Eund. *d. l. n. 17. & ſeqq.* juri quidem civili Romano non congruit, interim tamen delegatæ Jurisdictionis naturæ deſervire poteſt. Cæterum Commiſſarius ad unum alterumve actum deputatus non tantùm poteſt citare Partes, contumaces eas, nec non teſtes aut quoslibet, ſe in Commiſſione impedientes, quodammodo coërcere, conſtituere Officiales &c. ſed & reliqua facere, ſine quibus expediri ipſa Commiſſio non poteſt, utcunque hæc contineantur in literis delegatoriis aut Commiſſionis *v. c. paſtoralis. 28. c. ex literis. 29. c. præterea. 5. c. prudentiam. 21. §. ſextam. X. d. offic. & poteſt. Judic. deleg.* Gail. I. *Obſ. XXXV. n. 4.* Gilhauſ. *Arb. Judic. Civ. cap. I. p. I.* § 7. *n. 63.* Modò hæc ipſa ſpeciale Mandatum non requirant aut majora ſint expreſſis. *cap. I. de præbend. in 6.* Alciat. *Conſil. 67. num. 7.* Cravetta *Conſ. 842. n. 5.* Sicut enim Mandatarii poteſtas ex literis mandati dependet, *l. diligenter. 5. ff. mandat.* Surd. *Dec. 206. n. 6.* ita Commiſſio regula poteſtatis eſt quà Commiſſarium, & ſtrictiſſimi juris, ut ſuprà §. 22. diximus; nec eam ad alia diverſa extendere licet, Reinckıng / *de R. S. & E. lib. I. Cl. 2. cap. 4. n. 24.* add. de ſtrictâ interpretatione

Com-

* Quos quidem Commiſſarios eſſe; ſed tamen Judices Ordinarios Blum. *Tit. XXVII. Proceſſus n. 16.* e contra verò Judices delegatos eſſe Gylhauſ. *Arb. Jud. Civ. cap. 1. p. 1. §. 6. n. 5. Vultejus lib. 1. d. Judic c IV. n. 60.* aliique opinantur. Add. Rumelin. *ad Aur. Bull. P. II. Diſſert. I. Coroll. 6. ibique Myler. in Addit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0066-1

Commiſſionum *c. 15. de Reſcript.* Ruland. *p. I. lib. III. cap. II. per tot.* Quâ ratione non debet Commiſſarius ſua ſponte ſuſcipere ocularem inſpectionem, licèt neceſſaria juxtà cenſeatur. Ruland. *p. II. lib. III. cap. II. n. 8. ſeqq.* Nec ſane Commiſſarius ad examinandum teſtes datus abſque poteſtate aut expreſsâ Cl. relaxandi à juramento ſubjectionis poterit alterius ſubditos relaxare, ſed ſin hoc opus fuerit, extenſio Commiſſionis Cæſareæ ad ſpecialem poteſtatem relaxandi petenda & impetranda ** eſt, quicquid etiam aſſerat Rulandus *p. II. lib. II. cap. IX. n. 4.* Quod ſi relaxandi ſuis Dominis pluribus ſint aſtricti juramentis, abſolutiones tot faciendæ quot juramenta, Menoch. *Conſil. 24. n. 5.* Gylhauſ. *cap. VI. Arb. Judic. p. II. art. II. §. 4. n. 10.* Dubius de poteſtate ſua Commiſſarius, utrum videlicet articulus fortè controverſus in Commiſſione contineatur nec ne? committentem meritò conſulit, ejusque declarationem, interpretationem, & ſecundam, ut vocant, juſſionem exſpectat. Gylhauſ. *d. l. §. 2. n. 1.* In hâc tamen re circumſpectum oportet eſſe Commiſſarium, ne temerè & ſtatim ad ſententiam committentis expoſcendam convolet, Mevius *6. Dec. 254.* Quod ſi fiat, Judex (cùm quilibet quod ſui muneris eſt ſcire debeat,) interloqui ſolet: Es wird ſich Commiſſarius vermög ausgangener Commiſſion und gemeiner Rechten oder Styli dieſer Puncten halber wohl wiſſen zu halten, poſt Gylhauſ. *d. l. n. 2.* Mevius *d. Dec. n. ult.*

§. XXV. In his itaque quæ emergunt, num â Commiſ-

 ſario

** Ita Extenſio Commiſſionis Cæſareæ ad poteſtatem relaxandi, extra judicialiter, paucos abhinc annos, in arduâ cauſa decreta eſt, his verbis: Wir Leopold ꝛc. Unſerm Käyſerl. Cammergericht haben die Durchlauchtige hochgebohrne N. N. in Unterthänigkeit vor und anbringen laſſen / was geſtalt zwar Ihren Lübd. Liebd. wegen N. N. ein Reſcriptum Commiſſionis ad perpetuam memoriam cum extenſione auf dich erkand worden ſey / und du ſothane Käyſerl Commiſſion nicht allein gehorſamſt übernommen / ſondern zu deren Verrichtung den N. Monatstag dieſes noch lauffenden Jahrs beſtimmet / und an ſelbigen und folgenden Tågen gleichfalls gebührend bewerckſtelliget hätteſt; Es wären auch in angeregten Termini neben andern ernanten Zeugen vier derſelben als N. N. &c. erſchienen / die ſeyen aber nicht abgehört / noch deren Kundſchafft eingezogen worden / weil die poteſtas relaxandi juramenta in unſerer Käyſ. Commiſſion nicht ent-

Tribunali Imperiali procedi poſſit? & delegata poteſtas & connexitas caſuum attendendæ veniunt. Sic commiſſâ v. g. ab Aulâ causâ ſuper ſpolio cum incidentibus, in cauſa Attentatorum, nova Commisſio non requiritur, cum attentata ſint cauſa emergens, & de jure non tantum ſub Commisſione cauſæ principalis contineantur; v. Robertus Lancellot. *p.II. de Attentat. cap. XV. n. 70. ſeq.* & *cap. XVII. limit. VI. n. 38. ſeqq.* nec non *p. III. cap. XXVIII. n. 21. ſeqq.* Sed etiam lis quoad attentata per primam citationem jam introducta cenſeatur, Magnific. Dn. Lyncker *d. Grav. Extrajud. cap.* III. *p.* IV. §. VI. *n. 37.* Facit huc quod connexorum idem ſit judicium, & ad acceſſoria Commisſionis fiat extenſio, *per cap. prudentiam. 21 §. ſexta nobis. cum §. ſeq. de offic. & poteſt. Jud. deleg. cap. translato. X. de conſtit.* Quare ſi ratione contractus Commisſio facta ſit, & de fructibus, uſuris aut intereſſe, controverſia incidat, etiam de hâc, (utut hoc in Commiſſione ſpecialiter non fuerit expreſſum, Commiſſarius cognoſcere poterit, Gail. I. *Obſ.* XXXV. *n. 10.* Quoad reconventionem, eam quidem non in omnibus Auſtregarum viis, ſed tamen his in caſibus, ubi commiſſarii vermög der Ordnung obtinent, admittit Blum. *Tit.* XXVII. *Proceſs. n. 148. & ſeqq.* nec non Mylerus *ad Rümelin. p.* II. *Diſſ.* I. *Coroll. 4. pag. 261.* & *Corollar. 6 p. 267. ibid. allegg.* Cum nec de delegato Judice, quin coram ipſo admittatur reconventio, dubitet Ummius *Diſput. 10. n. 11.* Gail. *d. Obſ. n. 12.* quod jam in Commiſſario ab aula dato non examino. Conf. interim Dn. Stryck. *in Diſſert. ad L. cum Papinianus. C. de Sent. & interloc. 14. cap.* III. §. *18. ibid. citati.* Commiſſariorum vigore der C. G. O. *p.* II, *Tit. 4.* §. zum vierdten ab Imperatore impetratorum Jurisdictionem prorogari non poſſe, atteſtatur Mynſ. *2. Obſ. 52.* ad quem provocat Gylhauſ. *cap.* I. *Arb. Judic. Civ. p.* I. §. *7. n. 71.*

§. XXVI.

halten geweſen/ und du ermelter Commiſſarius dich nicht ermächtigen wollen / denenſelben/ als Teſtibus extraneis, den Eyd/ womit Sie ihrer Obrigkeit verwandt/ ad hunc actum zuerlaſſen/ wann aber &c. &c. Solchem nach um dieſe unſere Käyſerl. Commiſſion ad poteſtatem relaxandi Teſtes à juramento ſubjectionis, extrajudicialiter zuerkennen/ angeruffen/ auch erlangt/ daß ſelbige heut dato folgender Geſtalt erkennet worden iſt. Als geben Wir dir hiemit fernere Gewalt von Römiſch Käyſ. Macht auch Gerichts und Rechtswegen ernſtlich befehlend/ daß du ſo wol die Partheyen/ als die ernente ohnlängſt

§. XXVI. Unum ut expediamus, de exequendi poteſtate, operæ pretium erit. Et quidem an eadem facultas ut Auſtregis in genere, ſic etiam conſequenter Commiſſariis competat? ambiguum nonnulli reddidere. Eninverò Ordinatio Cameræ *p.* II. *Tit.* IV. §. *14.* executionem in primâ inſtantiâ ad Auſtregas pertinere expreſsè conſtituit. Quod cùm Delegatis Principis comveniret, neque executionem Cæſarea Majeſtas Sibi aut Cameræ reſervarit, de regula accepit Schubhardus *c.* VI. *de Auſtreg. n. 202. ſeqq.* Exceptionen quoad cauſam ſpolii in Ordinatione Cameræ *p.* II. *Tit.* VIII. §. und ſo das Urthel. 8. collocans, & rectè. Cùm & Pares Curiæ in feudalibus, dummodo rei ſufficientes ſint, executionem ſuſcipere queant, Vultejus *lib.* II. *de feud. cap.* III. *n. 29.* Neque verò Rodingio (ſaltim de jure conſtituto, cum Notatoribus ſuis accedendum eſt, quando contrarium *in lib.* I. *Pandect. Cam. Tit. XVIII.* §. *3.* aſſerunt. Neque Blumius *in d. Textu* der C. G. O. rectè verſatur, quando *Tit.* XXVII, *Proceſs. Camer. num. 207.* pro execution, verbum : exception : poni debere ſtatuit, ſiquidem ille nec corrigi debet, nec eum in modum, quo ipſe voluit, emendari poteſt. *Quanquam diffitendum non ſit, quòd nullum ferè extet præjudicium, ex quo dictæ Ordinationis obſervantia demonſtrari poſſet; quin potius Camera ad exequendum fuerit implorata: Vel quòd Auſtregæ executioni impares fuerint,



zurückgebliebene Zeugen/ als N. N. &c. vermög außgelaſſener erſter unſerer Käyſerl. Commiſſion vor dich heiſcheſt und ladeſt/ als auch dieſelbe/ im fall Sie von ihrer Obrigkeit nicht ſelbſt gehöriger Maſſen erlaſſen würden/ nunmehr ihrer Pflichten quoad hunc actum relaxireſt/ hingegen Sie in gewöhnliche gelübd und Eid nehmeſt; Sodann über die dämahlige ſub lit. A. übergebene Artickeln ihrer jeden beſonders/ wie Recht/ verhöreſt/ und ſonſten/ wie ſolches in vorhin außgelaſſener Commiſſion mit mehrerm angeführet/ verfahreſt.

* Tàm quod vocis : Execution, geminata ſit lectio, quàm quod verbum : exequi, non ſit ſynonymum verbi: examinare vel diſcipere, Scilicet verbum gehört/ non malè explicatur per pertinère; licet concinnius accuſativus pro dativo poſitus eſſet, ut adeò nec incongrua nec inſolita aut abſurda ſit in dicto textu loquendi hæc formula : vor denen neun Räthen die Hauptſach und execution in erſter inſtanz gehört.

rint, ** aut exequi (quippe executio res odii plena eſt,) noluerint. Cæterum cum Cæſarea Majeſtas Ejusve Judicium Imperiale Aulicum non facilè Commiſſariis decernendi, ſed unicè cognoſcendi poteſtatem, deleget, atque deſuper referre jubeat: Daß Sie die Partheyen in ihrem Vorbringen gegen einander anhören/ aller Sachen Bewandnüß erkundigen/ und/ da möglich ſolche in der Güte *** vergleichen; auch/ falls ſelbige nicht ſtatt finden thäte/ alle Acta ſambt ihrem unmaßgeblichen allerunterthänigſten Bedencken Ihrer Kayſerl. Majeſtät zu rechtmäßigem Entſcheid überſchicken ſollen. (v. R. H. O. *Tit.* II. §. und weil auch/) hinc multo minus exequendi poteſtas Commiſſario ejusmodi ab Aulâ competere, aut, etiamſi cum poteſtate ſententiam ferendi delegatus fuerit, Imperator unà cum hâc executionem quoque commiſiſſe facile videri poteſt. v. Vultejus *lib. III. de Judic. cap. XIII. num.* 13. De eo non dubium, quod Commiſſio ad exequendum ſit pars realis executionis. Robert. Lancellot. *p. II. de Attentatis cap. XII. limit.* 53. *n.* 19. In Camerâ quando cauſa inter immediatos verſatur, nec condemnatus ſententiæ (cui nunc Executoriales **** ſemper annectuntur. v. R. A. de anno 1654. § damit auch. 159. cum ſeq. 160.) & ſequentibus eam paritoriis (v. Blum. *Tit XXXIV. Proceſſ. Cam. n.* 181. *& ſeqq.*) morem gerat, Principibus Circulorum Directoribus, denen Creyßausſchreibenden Fürſten/ executio ſpecialiter committi aut demandari ſolet, quam illi deinde, ut notum eſt, ſumptibus Circuli, donec hi â victo reſtituantur, perficiunt. (Blum. *Tit. LXXVII. n.* 8.) Idem ferè modus exequendi obſervatur in Judicio Imperiali Aulico: Ubi interdum non minus Commiſſio ad exequendum ad Circuli Directorem vel Judicem domicilii, non ad cauſæ, quæ in controverſiam præcipuè venit, expeditionum ſolum, ſed etiam ad pœnæ commiſſæ executionem, decernitur. Dn. Maurit. *de Judic. Aul. th.* 26.

§. XXVII.

** Quale quid, ut ipſa videlicet Camera adeatur, fieri tunc quoque ſolet, ſi quando Judices quilibet inferiores in executione eſſent.

*** Etſi enim Commiſſarius, qui datur ad concordiam ab eo, qui datur ad judicium, ſeparari debeat, tamen ut quis negocium aut cauſam commiſſam concordia vel judicio determinet, delegatio utique fieri poteſt. Et ita ut concordiam prius Commiſſarius tentet,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0070-4

§. XXVII. Quid ſi in actu Commiſſionis de Jurisdictione Commiſſarii aut de perſonâ ejus, tanquam ſuſpectâ, quæſtio moveatur? & an de injuriis ſibi ſuis, vel coram ſe illatis, Commiſſarius cognoſcere poſſit, vid. Gilhauſ. *cap. VI. Arb. Judic. Civ. p. II. Art. II. §. 2. n. 11. 12. & 13.* Rulandus *p. I. lib. III. cap. XIV. & XV.* De Cameræ injuria is proteſtari debet. Idem *d. cap. XV. n. 11.* De perſonis impedientibus Commiſſarium, *d. l. cap. XVI.* agit. An Commiſſarius datus ad examinandos Teſtes poſſit cogere Vaſallos Principis, contra hunc teſtari, extrà controverſiam feudalem? de eo Schurffius, *l. Conſil. LX. n. 10. & ſeqq.* Idem poſt etiam mediatè ſibi ſubjectos examinare; num pariter cogere? Berlich. *1. Dec. 16.* & Marta *in Digeſt. Tit. de Commiſſ. cap. IV.* De Commiſſariis in Teſtes producendis, Carpzov. *Tit. XIII. Proceſs. art. V. n. 67.* & *III. Reſponſ. Tit. IX. Reſp. 90.*

§. XXVIII. Denique rebus à Partibus coram Commiſſariis Auſtregarum ordine propoſitis, & legitimè utrinque diſceptatis, ſententia inſequitur: à Commiſſariis verò ab Aula datis, & propriè Imperialibus, horum Protocolla cum Protocollis Partium, ne diſſonent, conferuntur, ſequiturque tandem Relatio illorum cum voto, ſi hoc Cæſarea Majeſtas (quod ferè nunquam non fieri ſolet,) exegerit. Et quidem ut Commiſſarii ad Relationem ſuam maturandam permoveantur, aliquando ad Eos Reſcripto à Cæſare impetrato opus eſt. Sed an Relationes ejusmodi Partibus ſint communicandæ? quæritur? Affirmat id Dn. Textor *ad R. A. de anno 1654. Diſput. III. theſ. 74.* idque juxta *l. I. C. de Relat.* quò, ſi non ſatis plenæ, aut Actis contrariæ eſſent, ſuppleri & emendari poſſent, adeoque defenſio Partibus integra ſit, de quo tamen non nemo adhuc ſubdubitare videtur, ut &, an Novellæ 125. adverſetur, quod

Com-

Imperator plerumque delegat Gailio jam obſervante. 1. *Obſ. XXXV. n. 1.* add. Gaſtelius *in Spec. Jur. pag. 67. n 36. ſeqq.* Quod ſi tentata inter partes concordia ſucceſſerit, conditiones ejus aut articuli plerumque exprimuntur in Commiſſionis Receſſu, qui poſtea Cæſareæ Majeſtati confirmandus offertur; Quod in anno 1657. & in causa Magdeburgicâ factum eſſe videre licet ap. Gaſtel. *p. IV. d. Stat. Publ. Europ. cap. XIX. pag. 729. column. 1. ſub. fin. adde ſuprà tàm* §. 13. *quàm ſeq.* [illegible] *2. allegatum* Abdruck. ibique: Käyſerl. Confirmation der aufgerichten Haupt- und Neben Receſſ.

Commiſſarii ejusmodi nihil decidant. Interim ex illa ratione & fundamento ſaltim in Criminalibus Commiſſarios ad inquirendum â Cæſare conſtitutos Copiam depoſitionis Teſtium Parti petenti, ad hujus tamen ſumptus, communicare teneri, reſponſum eſt apud Argentoratenſes JCtos *Vol. 2. Conſil. XL. & XCI.* Illud certum eſt, quod, quemadmodum ubi Cæſarea Majeſtas Commiſſarios Partium gratia, ex officio decernit, ſumptus * communi impenſâ; ubi verò ad inſtantiam Partium, regulariter ab impetrantibus erogari, & in Camera ante impetratam Commisſionem deponi debent; (v. Ruland. *p. I. lib. II. cap. XIX. n. 26. lib. eod. cap. XXIII. lit. a. lib. III. cap. XIII. n. 3.* Mev. *I. Conſ. 106. n. 3.*) ita finito Conventu Subdelegatis eorumque Secretariis ab illis honoraria præſtanda ſint. Dn. Textor *d. ll.*

§. XXIX. Commiſſarius Cameræ examine finito Teſtes, qui juramento relaxati fuerunt, ut Domino juxtà priſtinum juramentum obedientiam præſtent, prudenter monebit. Ruland. *p. 1. de Commiſſar. lib. V. cap. XVI. n. 9. p. 237.* Poſtremò habitis gratiis, quod ad Mandatum Imperatoris comparuerint, eos omnes, poſtquàm ſigillatim examinavit (nam ita debet, non in turbâ,) impoſito ſilentio dimittet. Rotulum ſive Atteſtationes Commiſſarius Partibus non communicare, ſed ſuo ſigillo obſignatum ad Cameram transmittere debet. Gail. *I. Obſ. XCVI. n. 9.* In eo conficiendo & conſcribendo magna exigitur diligentia; cujus cura & transmisſio Commiſſariis, conſcriptio verò Notariis incumbit. v. Mev. *2. Dec. 330.* Et certus conſcribendi modus injungitur in R. A. *de Anno 1654.* §. im übrigen. 25. In ipsâ collatione Originale leget Commiſſarius, ſique inter hunc & Adjunctum non conveniat, error, qui in re præſenti corrigi poteſt, commiſſus, adhibitis aliis etiam perſo-

* Cujus impenſis Commiſſio pro rationibus diſcutiendis ſit expedienda? v. Mevius. *V. Dec.* 400. De Sumptibus in Auſtregarum Commiſſariis faciendis. Blum. *Tit. XXVII. Proceſſ. Cam. n.* 162. In cauſis pauperum ſuis interim ſumptibus Commiſſarii Commiſſiones expedire; Teſtes quoque ſuis ſumptibus comparere tenentur, uti pronunciatum in c. Widtman/ contrà Ebingern/ ap. Klock *Relat. XC.* Quare & in Commiſſionibus pauperum peculiaris Cl. adjicitur, quæ extat ap. Lier. *in Form. Cancell. Cam. pag.* 40.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0072-4

perſonis, ab illis emendari poteſt: durat enim adhuc commiſſio. Ruland. *d. lib. V. cap. XVII. n. 10.* Quid ſi ne ita quidem per omnia convenerint? v. Mev. *2. Dec. 326. n. 2. & ſeqq.* Proteſtationes quando Actis Commiſſarius inſerat? Idem Ruland. *d. cap. XVI. n. 16.* Quando & quomodo Adjunctus poſſit Commiſſarium admonere? *eod. cap. n. 3.* tradit. Ante collationem mortuo Commiſſario aut Adjuncto, novus Commiſſarius ad collationandum, ſeu conficiendum Rotulum deputabitur. Ruland. *d. lib. V. cap. ult. lit. e.* In actu confectionis Rotuli unus alterius Commiſſarii vices ex ſpeciali mandato ſuſtinere poteſt. Idem *d. lib. V. cap. XVII.* Rebus perfectis, Commiſſarius ſe ſubſcribit, & obſignat. A pluribus Commiſſariis non niſi una relatio, rotulusque conjunctim confectus transmitti debet. Mev. *2. Dec. 266.* Qui, ut Rotulum producant, aliquando mandatis urgentur. Mev. *2. Dec. 326. n. 6.* Cognitio de nullitate ejus non pertinet ad Commiſſarium, ſed ad Cameram. Ruland. *lib. VI. cap. V. n. 1. ſeqq.* ubi etiam *n. 19.* quod examen, ſi nullum deprehendatur, poſſit reiterari coram eodem Commiſſario. Nonnunquam ipſe Rotulus ad Commiſſarium remittitur, ut corrigatur. Ruland. *d. lib. 6. cap. IX. n. 6.* Sed de his aliisque infinitis ad exquiſitum Ejusd. de Commiſſar. & Commiſſion. Tractatum provocaſſe ſuffecerit: inprimis verò *p. II. integrum Libr. II.* ubi de examine Teſtium. & *lib. VI. cap. I.* ubi de Publicatione Atteſtatorum, ſeu Rotuli agitur. Jungi de hâc poteſt Blum. *Tit. LXXIII. n. 99. ſeqq.* De Rotulo & ratione Commiſſionis ad perpetuam memoriam ejusque effectu, Gail. l. *Obſ. XCIII. n. 5. ſeqq.* nec non Mevius. *2. Dec. LXX.* ubi: quod Parti producenti non ſit reddendus Rotulus examinis Teſtium ad perpetuam memoriam, etſi ſuper causâ jam transactum ſit; niſi Pars altera conſentiat alteri. Trentacinq. *lib. 2 Reſol. 8. n. 2. & 7.* vid. Roding. *lib. III. Pandect. Camer. Tit. XIV. §. 35. 36. & 37.* Quod ſi Commiſſarius Commiſſionem non rectè perfecerit, excedendo aut aliter, ſive negligentiâ ſive imperitiâ peccando, Parti tenetur ad damna. Rulandus *p. I. lib. III. c. 2. n. 20.*

§. XXX. Quæ Commiſſariorum poteſtatem & officium, nec non ipſam Commiſſionem, ejusque effectum ſuſpendunt



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-9302-p0073-0

